

www.e-rara.ch

Historia Hebreorum

Sabellicus, Marcus Antonius

[Basileae], 1515

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-1793>

**Liber quintus historiae Hebraeorum de Iudaeorum reditu ex captivitate Babylonica, et aliis
eorundem ducibus**

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

DE REDITV IVDAEORVM EX CAPTI. BABY. LXXIII

cum per aerem delatū sibi intueri visus, qui arietē altero capitis impulsu prostratū cōculcasset, mox ex hirci fronte eminēs cornū productū, quattuorq; illi cornua agnata, in quattuor mūdī plagas sua sponte obuersa, & in his vnū perexiguū, quod dū oriret reddita sit vox, ex proximo id olim dei templū concrematurū, triennioq; sacra inhibiturum. Quae omnia ille diuino impulsus spirītu, ita sit phasma illud interpretatus, Vt per arietem Persarū regnum sibi figuratū diceret. Per cornua eos reges qui ibi rerum potituri essent. Prācipuū illud videri sibi, eorū aliquē significatū iri, qui in ea terra latissime eēt regnatur⁹, amplissimasq; habiturus opes. Per Hircū ducē ex Grēcīa affuturum, qui potentissimū regnū duplici praelio frangeret. Procerū illud cornu, futurā potentia portendere, quae post victoriā secutura esset. Minora cornua in contrarias mūdī partes spectantia, magni regis successores, qui quāsitā bello terrā quaq; versum inter se partiti, regnū habituri essent. Corniculūq; illis agnatum ex posteris vnū interpretatus, qui Hierosolymitanū violaret templū, diuinasq; cerimonias in certū tolleret tempus. In qua figura explicanda, videt vnū pphetā defuisse, quod & regū nomina, quae nondū in terris erant nō diserte posuit, cetera tam significanter representata, q̄ si ad id tempus illa eadē facta essent. Figurauit Aries Achemenidarū regnum. Cornua reges, quorum Darius opulētissimus, praelso cornu, eoq; extremo demōstratus. Hūc Macedo Alexāder altero armorū cōcursu, pstrauit. Erat Hircus ille, quia Graio more barbā alebat. Cornua in diuersum tendētia, successores q̄ imperiū inter se diuisere, qbus prognatus Antiochus cognomēto epīphanes, instauratū pphanauit tēplū. Id Iudaei a Cyro, vt dixi, in Syriā remissi, primo suscitare conati sunt, altari ad tēpus ibidē erecto. Ioseph⁹ id primo Cyri anno cōtigisse memorat, q̄ septuagesim⁹ ab eo fuerit, quo Hebraei ex Palaestina Babylonē migrare coacti sunt. Eusebius primū Cyri annū trigessimū Hebraice captiuitatis fuisse tēporē supputatiōe demōstrat. Cyrus deinde vixit annos triginta. Cambyfes, q̄ illi successit, annos septē & mēses quinq; Sic anni colliguntur ab tēpli excidiō octo & sexaginta, Cābyse sublato. Magi fratres septē sunt mēsis⁹ Persarū regno potiti. Quibus interfectis Darius regnauit, cuius altero, ex quo regnare coepit, anno Zorobabelis ductu, vt suo postea loco est dicendū, opus quod sub Cyro fuerat inchoatū, diuq; intermissum, tum demū repetitū est, ac pducī coeptū.

LIBER QVINTVS HISTORIAE HEBRAEORVM DE IVDAEORVM REDITV EX CAPTIVITATE BABYLO- NICA, ET ALIIS EORVNDEN DVCIAS

Iudaei ex Assyria (Cyri oraculo Esaiae moti, permisso, quod litterae eius indicat) in Palestinā primo reuersi sunt. Tēpli fundamēta sub Cyro iacta sunt. Sed a Cambyse opus pficiendū interdictū est. Caput I

INCIDERAT FORTE CYRVS IN ESAIAE LIBROS, QVOS ille ducētesimo añ, & ampli⁹ anno scripserat. Fuitq; in his. Volo Cyrū, quē multarū & magnarū gentiū regē cōstitui, populū meū ad ppria remittere, ibiq; mihi tēplū iterū suscitari. Qua ille diuinatione cōmotus, per oēm Asiā scripsit, ita edicto pfatus. Quoniā me maxim⁹ orbis terrarū deus, regē constituit, credo hūc esse quē genus Israel adorat. Is em̄ meū multo antea

N

q̄ natus essem per pphetā prädixit nomē, quonā modo ipsius templū in Iudaea susci-
 taturus essem, tantū ille edicto testatus/principibus gentis ad se vocatis p̄nunciavit,
 se potestātē illius facere/ & Iudeis omnibus q̄ in Assyria essent, cū liberis & vxoribus
 in Palæstinā redeūdi, hortat̄ ad hęc vt urbem & templū restituāt, quod vt cōmodius
 fieret/ ad Assyriæ Phoeniciæq̄ p̄sides scribit, & ad circūiectas gentes misit/ qui illis præ-
 ciperēt/ vt i auro/ argēto/ iumētis/ frumētis, Hebræos ad id opus iuuarēt/ quæ ne vana
 aliquis existimet, Cyri epistolā/ de ea re ad Assyriæ principes datā, quā Iosephus in hi-
 storijs inseruit/ breui libuit cōplexu explicare. Rex Cyrus Sisymo & Satrabanae salu-
 tē. Iudæos terrā nostrā habitātes/ qui voluerūt in patriā redire p̄misi, Ciuitatē instaur-
 rare/ & in ea dei templū iterū ædificare, misi Mithridatē mearū pecuniarū custodē/ &
 Zorobabelē Iudæorū principē, vt templū a fundamētis restituāt, cuius altitudo cubi-
 torū sit sexagenū/ pari latitudine, Triplicē ad hęc murū/ lapidea materia/ eaq̄ perpoli-
 ta circūducāt, & vnū lignea ex ipsius puinciæ arboribus. Erigāt & altare in q̄ deo sa-
 crificēt. Restitui illis & vasa/ quę Nabuchodonosor inde olim sustulerat, numero tria
 milia & cētum amplius, in q̄bus, diserte apud Iosephū refrigeratoria ponunt/ & liba-
 toria/ Situlæ/ Pateræ/ Auræ/ Argentæq̄, & mille insup capaciora vasa/ materia incō-
 fessa. Cōcessi ad hęc inq̄t eis honores, q̄bus eorū maiores vsi sunt. Pro iumētis/ vino/
 oleo/ dragmas quinq̄ milia & quingētas. Triticæ similę Artabas, viginti quinq̄ mi-
 lia/ & quingētas, quæ de Samariæ tributis iussi illis representari. Ipsi Mosaico ritu p̄
 regis salute/ & Perfici regni incolumitate faciant. Si qui hęc violare ausi fuerint, eorū
 bona publicari volo/ ipsos crucis patibulo affigi, & ille in hanc sententiā scripsit. In q̄
 mecū reputando illud subit admiratione dignum, Zorobabelem vtriusq̄ ex Assyria
 migrationis ductorē fieri cōtigisse, quum anni circiter quadraginta, a priore illa quæ
 sub Cyro facta est/ ad Darianā recētiorem, cuius hic quoq̄ ductor fuisse tradit̄, inter-
 fuissent. Iudæi/ quod ad priorē reditum attinet, insperatā redeundi occasionem nacti,
 studio in Palæstinam remigrarunt. Duo & quadraginta milia quadringenti sexa-
 ginta in patriam sunt reuerfi, cætera multitudo/ locoq̄ consuetudine capta, præcipua
 pars Babylonī vbi nata erat, & coaluerat/ subsidere maluit. Cutheī/ hærebat gens ip̄a
 Palæstinæ finibus, erantq̄ a Medis oriundi/ vt alio est loco significatū, & cum his alijs
 finitimi/ multa apud prouinciæ præsides tacita cōspiratione criminando, & eos qui
 operibus præerant/ ambiendo/ tamdiu rem distulerunt, vt quū Cyrus in Massagetis
 perijt/ tēpli fundamenta/ tantū iacta essent, tum eo sublato/ enixe data est ab eis opera,
 vt prouinciæ & operū præfecti/ ad Cambysem Cyri filium scriberent, seditiosum esse
 genus hominū Iudæos/ vicinis accolis infestos, ac dominandi cupidos nimis fore, vt
 vrbe & tēplo instauratis, haud multo post rebellaturi essent, omnia loca Syriæ factu-
 ri Persicis regibus infesta. His criminationibus Cambyses impulsus, ho mo præter cō-
 temptū religionis/ stulto & vesano ingenio, Iudæis opus rescripto interdixit. Atq̄ ita
 contigit/ vt ad Darij vsq̄ tempora interruptū opus māsset, tum v̄o cæteris quasi post
 liminio in Syriam reuerfis/ magnocq̄ Darij fauore (vt suo dicitur loco) templū est ex
 integro restitutū. Clari interim prophetica voce fuere in ea gente/ Aggeus Zachari-
 as & Malachias, & cum his Zorobabel regia stirpe ortus, & Salathiel qui duo Hebra-
 ici nominis principes per id tempus fuere.

IVDEORVM EX CAPTIVITATE BABYLONI. LXXIII

Darius vt post Magorū cedē/regnū indipiscere, deo optimo templū Hierosolymitanū restaurandū vouit, Quæstionē præfectis de vini/regis/mulieris & veritatis præcellentia pposuit. Quā Zorobabel soluēs/facile relictorū pius iudæorū in Palestinā reditū/& tēpli restorationē & consummationem impetrauit.

Caput II

Post Darij victoriā/q̄ Babylonīa q̄ paulo ante a rege defecisset, iterū a Persis ē capta. Iudei q̄ ad id tps̄ babylonī fuerāt, Zorobabel ductu (vt mox dicef.) ī Palestinā sūt reuersi. Ferē Dari⁹ post Magorū cedē q̄. vii. mēfib⁹ & nō trib⁹ ānis, vt qdā scribūt, regnū tenuere quū de futuri regis creatiōe/inter īperiū assertores/agi coeptū eēt, deo optio vouisset/si regnū indipiscere, futurū vt ei⁹ tēplū Hierosolymis restitueret. Cæterū sub id tps̄ & Zorobabel ad Dariū est in Assyriā pfectus, cni iā inde a priuata fortuna fuerat admodū familiaris. Rex venientē inter fidissimos cubiculī ministros habuit. Accidit interim vt oēs subditarū gentiū pfectos, regio Dariū cōuiuiū acceperit/centū. xxvij. puinciarū magistrat⁹ vni cœnæ adhibitos. Scribit Ioseph⁹, hic frequēti accubitu illatā a rege q̄stionē, qd horū maxie pollens crederet/vinū, an rex, an mulier, an veritas. Hic q̄ prim⁹ sententiā dixit, vinū sibi oīm potētissimū videri censuit, q̄ vertat fallatq̄ oīm mētes, reges infātes effingat, seruos iuxta/ac liberos audētiores reddat, humiles æquet potētib⁹, aiorū vertat habit⁹, erūnis cooptos leuet, mærorē excutiat, alieni aris obliuionē inducat, ita eos aiet, q̄ id debēt/vt nō miserīā comitē habere, sed oīm se btissimos putēt, nihilq̄ iterim vile loquant, magistrat⁹ & reges cōtēnat, amicitia iura soluat, inimicos armet, sodalitia iura prūpat, & qd oīm maxie mirabile sit, eorū obliuionē inducat/q̄ nuprime hō egerit, sed illud adhuc mirabili⁹/mortē/quā oēs reformidāt, q̄ vino incaluit/negligat/ac cōtēnat. Pro rege q̄ deinceps dixit tali ē sermōe vsus/vt diceret nihil eē in terris ptāte ac vi regia maius, cui⁹ impio nobilissimū aīal hō pareat, q̄ pplos & ignotos gētes armis subigat/nec qcq̄ eē in terris sanctius/potētius/inuolabili⁹ rege, hæc vna ptās alieno/quū velit, piculo bella trāsigit, mōtes diruit/valles æquat/maria q̄libet inducit/inducta expellit/flumina cursu detorquet/solo adæquat tures & mœnia/victū perdat/seruet pituros/mors & vita hoīm in vni⁹ ptāte sit, huic serui/agrestes/oppidici/bonī æque ac malī opant, & quū voluptatib⁹ cūctis delicijsq̄ pfiuant reges, vt tutius dormiāt/firmo custodiunt p̄sidio, qd quū ita sit, nihil dicere ī terris regio fastigio mai⁹ eē aut beati⁹. Hos p vino & rege sic locutos, Zorobabel his v̄bis excepisse tradit, fassus magnā vini vim eē, sed regis maiorē, verū/si qs̄ recte singula metiet, mulieris lōge maximā, q̄ppe q̄ reges ipsos/qb⁹ cæteri subiacēt mortales, pariāt & educēt/hæc ipm vini reptorē edidit, & vt fileā prima vitæ alimēta, q̄ vni merito referunt/nōne illi⁹ immēsa vis est, q̄ cū cæteris inuiti seruam⁹, huic vni satagim⁹ seruire/aurū & diuitias huic q̄rimus, hæc leges dat viris, p̄scribit/iubet/vertat, hæc viroꝝ oculos & mētis aspectū defigit, huic vni oīa vltro dam⁹/vltro indulgem⁹, parētes & cæteras necessitudines ob hāc vnā linq̄mus. An fando auditū est nuncq̄/sūmos reges/& Heroas puellari forma captos/seruiuisse/legesq̄ his a virgīnib⁹ datas, flagra intētata/muliebres habit⁹ inductos, collū ridimicu⁹ ornatū. Vidi ego inquit, qd fas sit dicere/Apamā Rabeçaci filiā, regi tantarū opū dño alapas incutere/diademā illi⁹ capiti adēptū sibi īponere. Cōtra regē ipm mærore angī/suppliciterq̄ iratæ satifacientē. Et hæc Zorobabel de muliebri vi verissime execut⁹, cōuersis in se oībus

N ij

p vero pauca hæc subiecit. Habēt hæc se/ vt diximus, rex optime, ceterū si ve ro cōpa
rent/ friuola sunt hæc quidē & mutila. Eūvero/ terra maxima est, coelū immēsum &
mobile/ suntq; dei maximi hæc op̃a, isq; verus & iustus/ immo ipsa veritas/ ī mortalis,
& aternus/ huius nutu potestateq; oīa regunt, quod æquū qdq; piū est respicit, impie
tatē odit & scelera, ille æqua lance hæc oīa expendit/ rependitq; vt quisq; meritis est,
vel premia vel supplicia. Ac p hūc modū sermone ad coeleste numē deflexo/ suscepti
voti Dariū admonuit. Laudata eque ab oībus Zorobabel prudētia, sed a rege maxie,
qui surgēs/ hoīem cōplexus, maeste inqt esto Zorobabel, tua istarū rerū oīm prudētia
age nūc/ & quæ tibi fieri velis postula, dignus sane/ cui nihil quicq; negatū velit. Tū
ille neq; argentū mihi rex inqt posco/ neq; aurū, sed tēplī restitutionē abs te deo pmissam,
& vasa quæ Cyrus reddere destinauerat. Annuīt Darius/ Satrapisq; et Toparchis
scripsit/ vt Zorobabelē deducerēt, & ad Syriæ præsidēs mandata dedit, vt iudæos qui
ex Babylone in Palæstinā reuersi essent/ liberos esse sīnerēt/ immunēq; terrā haberēt,
vicos qui a finitimis tenerent restituēdos curarent, ad tēplī refectionē cedrinā ex liba
no materiā subministrarēt, & qd oīm maximū ac p̃pmodū citra fidē Iosephus scribit
quadraginta talentorū milia ī id opus cōtulit. Zorobabel a rege dimissus Babylone ve
nit, hic quū tribules suos/ qui ibi adhuc erāt/ docuisset, quæ a Dario impetrata forēt, fa
cile perpulit/ vt populariter inde abscesserint/ viroꝝ numerū, qui tum demū in Palæ
stinā remigrarūt/ apud Iosephū cōfusus reperio. Mulieres cū imbelli multitudine. xl.
milia fuisse tradunt. Ad Tybiarū & Cymbaloꝝ cantum/ latum agmen Zorobabe
le Salathielis duce, ab Dauide oriundo in Syriam venit/ Iesu sacerdotū principe. Tum
demū intermissum tēplī opus, iterū p̃duci est cōceptū, & q̃q; Samaritis multa interim
criminatibus/ quærētibusq; arcē finitimorū ceruicib⁹, nō templū imponi/ Sisimioq; &
Zarabacene Syriæ & Phoeniciæ præfectis/ apud Dariū per lras opus interpolatibus,
Darii tñ rescripto/ septimo demū anno ab eo quo iterū cōceptū erat ædificari opus con
summari contigit, in quo dedicādo veteri more/ multa populi læticia est sacrificatum.
Non possum nō mirari si quadraginta talentorū milia Darius/ restituēdo operi impē
dit, recentē templi faciem/ ab ea quæ olim fuerat tam diuersam fuisse/ vt Iosephus scri
bit, qui diu sacerdotes ait cum lamentatione vetustiore templi apparatū desiderasse.
Satis constat quarto circiter & quadagesimo anno ab eo/ quo Cyri permissu tēplum
a fundamētis instaurari cōperat/ opus ad exitū perductum, qui annus sextus fuit Da
riani regni/ qui incidit in secundū annum sextæ & sexagesimæ Olympiadis. Darius
anno quo Tarquinius ex vrbe Roma eiectus est, aut certe eo qui est proxime secutus
in Perside regnare cōepit/ q octogesim⁹ fuit supra sexcētesimū ac quatermillesimū a pri
ma mūdi origine. Neq; em̃ Eusebio accedo/ qui Tarquinij regno ānos qnq; dedit & tri
ginta, secut⁹ credo Dionysiu/ qui octogesima Olympiade Tarquinū regno excidisse
p̃didit. Sed Liui⁹ & ceteri/ q̃s seq̃r, qnq; dūtaxat & viginti annos illi dederūt, q nūero
colligīt annos ducētos & quadraginta q̃ttuor Romā sub regib⁹ fuisse, q̃ parta p Tar
quinij expulsionē libertate, mutata regiminis forma/ p regib⁹ cōsules habere cōepit.

Esdre ductu/ Xerxe id p̃mittente/ vt litteræ eius indicāt, plurimi lu
dæorū, qui in Assyria adhuc erant/ in Palæstinā remigrarūt. Neemię
op̃a Hierosolymę restaurant.

IVDEORVM EX CAPTIVITATE BABYLONICA LXXV

SEptimo deinceps quinti regis Persarū noīe Xerxis anno si recte Iosephus dīgerit tempora, Esdras inter hoīes Hebraici sanguinis adhuc in Assyria agētes prudentissimus, quippe q̄ Mosaicas leges vel hoīm incuria vel iniuria tēporē p̄p̄modū dep̄ditas, q̄a omīa memoria teneret/Isrāz monumētis restituit. Ob celebrē sapiētiae & sanctitatis phamā regi nō ignotus/facile ab eo impetrauit/vt ex Babylone populares suos secū migrare volētes in Palāstinā deduceret, Isrāz quas Xerxes ad illū dedit hac fuit forma. Rex regū Xerxes/Esdrā sacerdoti diuināq; legis interpreti salutem. Ad nostrā clamentia attinere credidi/ vt siqui Iudaeorū adhuc in Assyria agūt Hierosolymā inuisere velint/his visendi potestatē facerē, sic mihi septēq; meis cōsilia rījs visum/vt ire volētes ritu gētis & ex lege dona Israelitarū deo ferāt, q̄ ego & amici vouimus/quicq̄d p̄terea auri & argenti in terra Assyria deo dicatū iueniri pōt, id omē Hierosolymā ad sacrorū ministeria deportēt, ac quicq̄d ipse ex vtraq; materia cōflare volueris, id tibi tuisq; fratrib⁹ liceat. Sacra vasa q̄ tibi tradita sunt/illuc statuas, ac si qd in mentē venerit qd fieri oportere credas/in id pecuniā ex regijs thesauris tibi dari iussimus, scripsitq; custodibus pecuniarū Syriae & Phoeniciae/vt diligentiam adhibeāt ad omīa Esdrā sacerdotis/diuiinarūq; legū interpretis desyderia. Ne qua insup me nepotesq; meos coelestis vltio sequat, Centū tritici modios deo ex lege dari precipio. Nec a sacerdotibus Leuitis cātoribus/ministris/ianitorib⁹/scribis sacri templi, tributū exigivolo. Tuq; Esdras da operā vt diuinā leges p̄ eos/quos tu ad hoc ipsum cōstitueris, tota Syria & Phoenicia vulgent. Discendāq; ignaris tradant, vt si quis tuā gētis sui dei legē fuerit trāsgressus/rite puniat, tuocq; cognoscentis arbitrio/aut morte aut pecunia plectat. Vale. Hac tum Xerxes/Esdras regis epistola inter suos vulgata multos Hebraici generis ad Hierosolymā visendam pellexit. Secuti sunt eū sacerdotes & leuitae plurimi, ipse cū magna manu Euphrate transmissio in Palāstinā venit. Tēploq; intulit vasa argentea talentorū centum. Aurea talentorū viginti/Aerea duodecim. Et hac cum regis tum Hebraeorū Babylonē incolementium donaria fuere/post Esdrā reditum delata sunt sacerdotū quorundā & leuitarū nomina/qui ex vxoribus alienigenis contra legis praescriptū liberos pcreassent. Vulgo igitur ad expiandū scelus secuta sunt diuortia. Cautūq; ne deinceps quispiā tali se flagitio obstringeret. Nec Esdras diu superstes fuit. Quo Neemias nihilo pietate in suos fuit inferior. Is quū Xerxis pincerna esset, miserādo suorū statu cōmotus/qui ludibrio finitimis esse dicerētur. Quoniā vrbē moenibus nudā incoherent/essentq; ab eam rem omniū iniurijs obnoxij, eximia pietate a rege contendit/facileq; impetrauit, vt non modo liceret sibi vrbē Hierosolymam muris cingere, sed pecuniā etiā ex regijs thesauris/quāta ad id opus satis esset accipere, cū his a rege dimissus Babylonem venit, inde nō parua suorū populariū manu stipatus, Hierosolymā petijt/populoq; ad concionē vocato, docuit primo quā a Xerxe Persarum rege impetrasset, Multitudinē inde ad murorum adificationem hortatus, vbi cōmune studium esse vidit, dimenso murorū spacio/aquis portionibus cōficiendum opus, viciatim populo regionatimq; diuisit. Affuitq; incepto operi confestim finitimorū liuor. Sed quū metu regis destinato operi ire obuiā nequirēt, occulte in cōmetarios opifices ceterāq; multitudinē opibus intentā latrocinantū more grassari. Obtrūcare improviso accessu alios, alios vulnerare, rape instrumēta/cetera disturba

re, tātūq; ex ea re metus ceterorū animos incesserat, vt haud pcul abesset quī opus despatione intermitteret. Percrebuerat ad hāc rumor subornatos a finitimis esse quī Neemiā ex occasiōe obtrūcarēt. Quib⁹ ille insidijs instinct⁹ latus custodib⁹ muniuit. Auctorq; fuit suis vt ferro accincti muros molirēt. Disposuit p̄terea circa urbē ad quingentos passus speculas, vnde latronū accessus classico significaret. Et ille p̄ hos labores duodecim annorū spacio urbē valido muro cinctā reddidit. Inciditq; opis cōsummatio in annū vt Iosephus ait. xxvij. Xerxiani regni. Sed duo faciunt vt Iosepho qui horū est auctor nō temere accedā. Et q̄ Xerxes viginti non amplius regnauit annos, vt Eusebi⁹ colligit, & hāc q̄ ille de Esdra & Neemia p̄didit, Eusebi⁹ idē auctor in Artaxerxis q̄ p̄sarū regnū post Xerxē tenuit reponēda credidit. Sed siue hoc siue illo rege hāc acta sunt, nā auctores q̄s sequimur diuersū trahūt. Neemias post muros aedificationē enixe dedit operā vt multitudine q̄ in agris/vicatim agebat, in urbem traducta frequentius hierosolyma colerentur.

Artaxerxes Hesteres p̄cib⁹ edictū, q̄ Ammonis instinctu oēs iudaei in regno morti fuerāt destinati/reuocauit, Aman cruci, quod Mardocheo struxerat, affixus est.

Caput III.

Incidit duodecim⁹ Artaxerxis annus in t̄pa Elcatis Zenonis, q̄ linguā abscissā in os tyrāni expuit, q̄ vt Iosephus scribit, ille Vasthim vxorē q̄ ad cōiuiū vocata adesse nolūisset, patrio more repudiāuit, superducta illi Hestere puella hebraici sanguinis, quā ex Babylōe accersitā, inter q̄dringētas pellices ab initio adamauerat. Erat p̄ id tēpus regi charissim⁹ Aman Amalechita genere, interciderat ea gens hebraicis armis, obtuleratq; rex Amanē secūdū se vulgo adorādū, oēs itaq; illū aq̄ ac regē venerari, vno dūtaxat dēpto Mardocheo Hesteres auūculo. Is gētili iustituto vnū deū adorādū p̄dicabat. Nec vllū Amani/aut mortaliū cuiq; venerationē exhibēdam. Erat Mardoche⁹ in Artaxerxis familiaribus, iā inde exq̄ Eunuchorū q̄rūdā cōiuratio nē p̄ hesterē regi detulit. Ceterū magis valuit amanis odiū q̄ recēs mardochei grā. In cui⁹ inuidiā multa milia talētorū amā regi pollicit⁹, multisq; criminib⁹ omnē hebraicā gentē infectat⁹, q̄ cōtumax hoīm eēt gen⁹, sup̄stitiosū, ceterisq; mortalib⁹ inimicū, facile obtinuit/vt ad oēs prouinciā p̄sides, ab India ad Ethiopiā regis noīe l̄fē de iudaeorū cāde darēt. Nec latuit edictū regis mardocheū, q̄ sacco idut⁹ squaloreq; cooptus regis aulā, nulli tñ exaudit⁹, ambibat. Peruenit auūculi luct⁹ ad hesteren, haud multo post. Quā quū doloris causā p̄ Eunuchos rescuiisset, ad regē ausa est duab⁹ comitata ancillis p̄uenire, quū capitale esset, alioqui si qs eū nisi accersit⁹ adiret. Periculo tamē qd̄ vniuersē genti instabat cōmota Hestere, p̄priae salutis oblita, intēpestiue se regi obtulit, quā ille venientē quū parū familiari vultu pcul esset intuit⁹, cōfestim illa tā pudore q̄ metu cōfusa, ad ei⁹ pedes iacuit intermortua. Cōmot⁹ puellae casu Artaxerxes/humo iacētē subleuat, atq; in gremio receptā iubet bono animo esse, diceret si qd̄ esset qd̄ magnopere a se impetratū vellet, tū puella vix sibi satis reddita, maior est inq̄t rex dolor meus, q̄ vt paucis a me v̄bis explicari posset, suppliciter oro vt cū isto Amane viro clarissimo apud me cras prādere velis. Annuīt ille, seq; cū amico ex cōdicto affutur⁹ est pollicit⁹. Nocte v̄o q̄ media fuit qd̄ deo credas cordi fuisse. Rex mandat sibi ratiocinariū regionū actūū afferri, ac quū forte alia q̄dā regrerent, ecce illud q̄c

IVDEORVM EX CAPTIVITATE BABYLONICA LXXVI

currit, quo Mardochei indicio rex capitalibus fuerat insidijs seruatus. Tum Rex ad discipulatores conuersus, Ecquid fuerit ne Mardocheo coniurationis indicium per regio beneficentia aliquid datum requirit. Quum nihil prater conuictum illi respondissent, iubet Artaxerxes Amanem ad se per noctem accersiri, ut quum eo consuleret, quod potissimum premio persequendus is esset, cuius salus sua in tanto discrimine curae fuisset. Aman sententiam dicere iussus cessauit (neque enim cui hominem ea consultatio expediret exploratum habuit) virum insigni equo sedentem purpura & aureo torque ornatum per urbem ab uno ex regibus purpuratis circumuehi oportere, qui praecedens clara voce testaretur tale decus eos manere quos rex publice honoratos vellet. Tum ille, recte ais inquit. Tuque quod nemo est mihi amicior Mardocheum sub ista popa quam propositi ubi primum illuxerit Susianis conspicuum ostendito. Nihil minus expectatum & quod magis ipsius animi afficeret audire potuit Aman, quippe qui crucem domi paratam habebat ad Mardochei supplicium. Verum quia regis imperium detrectare non est ausus, Mardocheum in publicum insigni ornatu pertrahit. Ludibrio ille se esse Amanum ab initio arbitratum est, Ceterum ubi omnia serio agi aduertit/audiuitque Artaxerxis iussu fieri, omni squalore abstereso, bene sperare incipit, erat tamen nihilo secius de suorum salute vehementer sollicitus. Quanta in Mardocheo latitabat erat/tantum in Amane dolor & moestitia. Qui ita animo affectus quum se domum recepisset/haud multo post per Eunuchum ab Hestere ex coedicto ad conuiuium accersit, tum quod ad eius domum venerat, sublimem crucem intuitus, ab domestico seruo sciscitatus, in cuius supplicium id insigne patibulum esset fabrefactum, Mardocheum inquit Herus noster fuit huic cruci affixus/nisi Rex aliter de eo statuisset. Hoc amanis consilio Hestere instructa, ceterum iussa a rege in conuiuium petere siquid vellet, Fides iam illa sua est gentis interitum deprecata, inde in Amanem inuecta, crudeliter eum fecisse testata est, qui gentem pio cultui addictam/nulli nocuam/nulli infestam, in apertum vitae discrimen conatus esset abducere. Turbat Artaxerxes Hesteres postulatam in proximos hortos concesserat, Interim Aman haud ignarus quantum inuidiae apud Hesterem sustineret, reginae insinuat ut eorum quod in Iudaeos molitum erat veniam precaretur/vim Hestere inferre paratis potiusque supplicare volentis, specie regi iterum coedictum subeundi praeiuit. Confestimque ob id ad supplicium raptus, cum tota domo extremo est supplicio affectus. Ipse eadem cruce quam Mardocheo parauerat perpendit. Tum Rex Amanem sublato tempestiuus Hesteres & Mardochei precibus fatigatus edictum in Iudaeos propositum reuocari iussit. Litterae ad praefectum praesides (nam dies caedi destinatus nondum aderat) ex Hesteres sententia datae, quod prater alia multa quibus Rex salutem gentis Dynastis & praefectum praesidibus magnopere commendauit, insertum habuere. Nos autem a pessimo mortali (quum interim de Amane loqueretur) Iudaeos neci destinatos/in nulla penitus culpa deprehendimus/contra iustis veteres legibus, filios altissimi maximi semperque viuētis dei esse, cuius beneficio & patribus nostris & nobis regnum est traditum, & ad hunc diem ab omni offensa seruatum. Quare litteras quas ille nostro nomine ad vos dederat/nullum habere pondus scitote. Cetera Iosephus suis est commentariis complexus. Dies qui Iudaeorum fuerat neci destinatus. xij. fuit mensis duodecimi qui ab Hebraeis Adar/ Distrios a Macedonibus dicebatur. Fuit lux illa iam inde Iudaeis in monumentum rei omni tempore celebris. Fuit & Artaxerxis edicto ceteris gentibus, sub Persarum imperio tunc agentibus. Iosephus auctor est Amanis liberos ab Hestere ad supplicium requisitos/eiusque iussu cruci affixos, quingentos praeterea eorum qui ex confesso

LIBER QVINTVS DE REDITV

Iudaïs auersati fuerāt, & in puincijs supra sex & septuaginta milia a iudæis cæsa. Præter hæc q̄ adhuc scripsimus in iudaicis reb⁹/nihil relatu dignū reperio, vsq; ad iunioris Artaxerxis regnū, q̄ ex hui⁹ sorore est nat⁹. Eusebi⁹ auctor est ad hæc vsq; tpa hebraicā historiā ex gētis annalibus sua serie depromptā. Cætera quæ Bibliacis cōtinentur libris, ex Iosepho Aphricano & Machabeorū volumine ait excerpta, Quod eo mihi verius videt̃, q̄a & Iosephus q̄q; secūdū hæc q̄ de Hestere, pdidit ad magni vsq; Alexandri tpa in breuissimū caput cōtrahit historiā. Fuitq; talis p̄ id tēpus iudæorū status.

Duorum fratrū de pontificatu discordia/Alexāder Darij victor, cui pōtiffices & sacerdotes sacro amicti habitu obuiam processerūt, Hierosolymas pacate ingressus, in iudæos mltā cōtulit beneficia. Caput V.

Iosephus (vt dixi) ab Hestere iudaica puella, Artaxerxis cōnubio illustrata, ad Alexandri tēpora gentilem intermisit historiā, vnum interim memorabile secutus quod iunioris Artaxerxis tēpore contigit. Regnavit is vno Ocho interiecto, ante Dariū ab Alexandro victum, orta inter hiesum & ioannē, heliasibi filios, hierosolymis de pōtificatu discordia. Hiesus a fratre & in tēplo interfect⁹, qd' scel⁹ in iudæa nūq; antea acciderat. Vagosus Artaxerxis pfect⁹ ioannē, violati parricidio tēpli reū, capitali supplicio affecit. Iaddus inde p̄is est sacerdotiū adept⁹. Erat huic frā manasses. Hos q̄q; quū domesticū malū inuasisset, neq; pudor, neq; infelix patris ac patrui exitus obstitit, q̄ min⁹ inter se de dignitate, si nō vi, æmulatione saltē contēderēt, eoq; certamine accēsus Manasses Isachā Sinabachi Samariæ pfecti filiā duxit vxorē, foceriq; potētia fret⁹, futurū arbitrabat̃ vt dignitatē vel iūto fratre obtineret. Cæterq; tm̄ abfuit vt noua affinitas illi adiūmēto fuerit, vt a sacris sit ppli cōsensu tāq; impius repulsus, quia alienigenā duxisset vxorē. Ea manasses iniuriā instruct⁹ ad focerē cōtēdit, q̄ Iaddo et pplō irat⁹/in omnē vltiōis occasionē erat intēt⁹. Vincit̃ interea Darius in Cilicia, q̄ accidit vt sub primū Alexandri in phoeniciā accessum, ille cū octo milibus armatorū in Macedonū castra venerit. Misit Alexāder, quum Tyrum obsiderēt, Hierosolymā ad Iaddā pontificē, vt commeatum & auxiliares copias in castra mitteret. Respōsum est iudæos sacrata fide teneri, vt viuo Dario nulli præterq; ipsi vni seruiret. Minatus est Alexāder Tyro capta, hostiliter se copias hierosolymis admoturū, distulit tamen non nihil eam vltiōnē, tantisper dum Gaza caperetur. Iude vero citato agmine eo ire pergit. Ingens metus ciuitatem inuaserat, augebatq; præsentē curam durarum nobilissimarū vrbū excidiū. Nemo erat cui nō persuasum esset, futurū vt superbissim⁹ hostis, vrbē q̄quo mō captā/excidio daret, aut certe Sinabalthi ipulsu cædem in ea ingētē ederet. Moeror igit̃ & luct⁹ omnīū animos occupat. Interim Iaddus diuīo oraclo, p̄ getē visus est sibi moneri, vt festa frōde ciuitatē ornaret, sacerdotūq; multitudine in cādida veste extra vrbē pducta, ip̄e pōtificiali habitu cult⁹ veniētī regi iret obuiā. Cū sacerdotib⁹ igit̃ & frequēti pplō Iadd⁹ vrbē egressus, regē certamini intētū, ad locū, quē Saphin idigene dicūt, Latini/Scopulū, obuiū habuit, Ibi Alexāder cādidarum coetū intuit⁹, & i his Antistites cū bislinis stolis, Hierarchū ad hæc hiacinthina & aurea stola amictum, supra caput Cydarim cum lamina aurea, in qua erat inscriptum dei nomen, subita religione percussus, solus rex illum adiit, supplexq; dei nomen ac numē adorauit, ipsumq; pontificem veneratus est. Stabāt stupore defixi Syriæ reges,

IVDAEORVM EX CAPTIVITATE BABYLO. LXXVII

& qui ex Phoenicibus velut ad certā prēdam fuerant Macedonem secuti, venerandum regē mirati/malesico carmine eū mente aliena tū credere. Ceterū nemo erat qui eū palā rogare auderet, vnde subita illa mentis alienatio/ineptaq; supstitio incessisset animū. Parmenio vt erat regi familiaritate cōiunctus, postremo pēotatus dicit/quid rei accidisset/q; hostiū principē tā inepte adorauerit. Tum ille nō sacerdotē, sed deum cui⁹ hoc sacerdotiū est, sum veneratus inqt, quippe quū in Macedonia adhuc essem/dū mecū cogitarē, qua vi/ q; cōsilo Asiā subigerē, simili habitu species mihi p quietem obuersata est/q; pcepit me fortiter Asiā inuadere, fore vt suo ductu/Perfar opes euerterē. Tetigit itaq; religio aīm/vbi primū pōtifex in conspectū venit, nec dubiū est qn deus fuerit/cui⁹ olim imaginē tali habitu media quiete cōcepi, cuius puidētia puto hac oīa euenire. Cū his ille Iaddū & alios secutus/Herosolymā pacat⁹ adiit, atq; tēplū ingressus, Iudaico ritu deo sacrificauit. Prolatus inde illi ē Danielis liber/in q scriptū erat, futurū vt Græcorū rex olim Persarū regnū euerteret, vehemēter gauisus se eū eē interpretatus est. Iaddū p inde & sacerdotes amplissimis donauit munerib⁹ concessitq; petētib⁹/vt pprijs vterent⁹ legib⁹, tributūq; in septē annos remisit, pollicit⁹ qn Baby lone potit⁹ esset, pmissurū Iudæis q illic esse dicerent, vt & ipsi suis legibus viuerent. Manasses & q cū eo Sanabalathi opib⁹ freti, aliud sibi tēplū in Samaria/circa Gaçarim montē cōstituerāt, Macedonis studio in Iaddum deterriti, aut multo post patriū cultū recepere. Māsitq; Iudæis is rerū status incolumis ad Alexandri interitū. De q ob tantū viri praeclarissima gesta caput vnū Hebraicæ historiæ interserat, de eius regni diuisione post mortē, quoniā saepius huius rei hic fit mentio.

Alexandri mors/mortisq; dubia causa, Arideus frater eius rex creat. Duces ei⁹ regni administrationē in se ptiti sūt. Sepultura Alexandri. Caput VI

Alexāder magn⁹ post Ephestionis familiarissimū sui interitū Babylonē ex Media pfect⁹ multis, pdigijs mortē sibi pflagientibus exterritus, cū iā sacrificulīs addict⁹ ad. xiiij. Kal. Quintil⁹ diē nocti potādī iunxisset, Hercul⁹ stīpho nōdū epoto/in febrē incidit. De causa ei⁹ mortis nō vna ē opinio. Aristobol⁹ tradidit eū sauitia febris sitim collegisse, vinoq; ab eo epoto mēte alienatum, Pridie Calen. Iulij diē obiuisse. Fuerūt q traderēt illi venenū ab Iolla regio pincerna datū/q; erat Cassandri frater, q quū Olympias Alexandri mater sexto āno post rescuiisset, Iolle (Nā & ipse interea perierat) ossa in vltionē filij dissipauerit. Venenū fuisse aiunt gelidissimā aquā ex Nonacrie petra in Archadia sudantē, q in morē tenuissimū roris collecta, Equina vngula exciperet/ceteris vasorū generibus nimio frigore fatiscentibus. Credit⁹ Aristoteles eius cōsiliū fuisse particeps, quippe qui Antipatro transmittendū in Assyriam veneni rationē ostenderit/eleuat vt Plutarchus ait hanc receptā a multis de eius morte opinionem/q; nulla veneni argumenta in eius corporis extiterunt. Perijt/vt Trogus scribit, tres & triginta annos natus, vir supra q; dicit possit, animi magnitudine excellens/cum nullo vnq; hostium est congressus, quem non vicerit, nullam obsedit urbem/quā non expugnauerit, nullam gentem adiit/quam non calcauerit. Postremo qui ceteros vicerat suorū fraude, vel quod plures probāt/fatali est necessitate victus. Eius interitus fama ad Darij matrē delata/abscisa veste qua vtebat⁹/lugubrē sumpsit, humiq; sese prae nimio dolore afflixit, & quæ patrem & octoginta fratres vno die ab

LIBER QVARTVS DE REDITV

Ocho, regum sauiſſimo, caſos vidit, parq; tato fuit dolori, quæ Dario filio ampliſſimi imperij faſtigio deiecto/ & extincto ſuperfuit, genero quæ magis q̃ filiū amavit, eſſe nō potuit. Enimvero nepotē ac neptē auerſata, quæ Epheſtioni nupſerat, Statiro em̃ aberat, luce & cibo p̃tinaciter abſtinuit, donec quinto die vita deceſſit. Alexādro non dum ſepulto cōceptū eſt inter duces de regno ambigi, requirebāt illi animo, ecquis Macedonū tantū imperij dign⁹ eſſet ſucceſſiōe. Erāt qui regnū Herculi, quē Alexander ex Barſine cōceperat, q̃ ad pupillares eſſet annos egreſſus, aſſeruādum cēferent. Alij Roxanis partū expectādū dicere, q̃ pregnās ex eo relicta erat, nōnulli Perdice q̃ p̃fectus erat/equitū regnū decernebant, cui oculis requiſito moriēs Alexander annulū, quo res imperij obſignabat/tradidiſſet. Quidā ad ip̃os duces regni adminiſtrationē relegabār, qui de ſumma rei circa Alexādri ſellā in mediū cōſultaret, ſed quū in varijs voluntatibus plures regē vellēt, poſt multas altercatiōes, Arideo alexādri frater, ex Philippo & Theſſala matre genitus, vt in regia ſtirpe imperij faſtigium maneret, Meleagro pedītum p̃fecto ſententiā dicēte rex declarat⁹ eſt. Pedibus inde cū impetu curiā irrumpētibus, equites Perdice ductu vrbe exceſſerūt, orta q̃ hinc prima inter Macedōes ſeditio, Cæterū ducib⁹ inter ſe recōciliatis, Arideo regnū ſtabiliri cōcepit, Philippusq; (vt gr̃atior militib⁹ eſſet) pro Arideo a ſuis eſt appellatus. Imperij adminiſtratio ita inter primores diuiſa, vt alij ducū alias p̃ſidio, puincias obtinerēt. Ptolemæus lagi fili⁹ primus in ægypto rex Arabiā/ægyptū & Aphricæ gētes tueret. Philotæ Cilicia data eſt Syria & Phoenicæ Laomedōti Mityleneo. Antigono maior Phrigia ceſſit. Licia & Paphlīa Learcho. Caſſādro Caria. Lydiā Menādro. Hellespōtus cū minori phrigia Leonato. Eumenes/Capadociā cū Paphagonia ſortit⁹. Platon Mediā. Thraces Lyſimachus & cū his pōticas gētes Thraciæ finitimas. Parapamēnos & fines caucāſi mōtis Axiar ches tenuit. Trachas Statanor. Amyntas Bac̃thrianos. Nicanor Partos. Philippus Hyrcanos. Armenios Phartaphernes. Neoptolemus Perſas. Peuceſtes Babylonios. Archelaus Meſopotamiā. Græciæ & Macedoniæ regnū Antipater vt antea prouinciam haberet, Quidā alij aliarū ius gentiū obtinere ſunt iuſſi, earū præſertim quas ab Alexandro accepiſſent. Decretū ad hæc vt perdicās cū rege eſſet, Copiſq; p̃ficcretur, quæ cum rege aſſidue eſſent. Seleuchus in caſtris tribun⁹ eſſet, Caſſander antipatri filius regis ſtipatoribus præſideret Meleager/Perdice opera, in ſeditione quæ ab initio mota eſt periit. Rebus in hunc modum cōpoſitis. Alexādri corpus/quod iam ſeptimū diē incorruptū māſerat ſepeliuere. Caldei ægyptijq; more gētis p̃curarunt, qui tacita religione contacti, vix ab initio manus admonere ſunt auſi, velut adhuc ſpirantem regē reueriti, dein precati, vt ius faſq; eſſet mortalibus eum attrectare, corpus purgare, quod odoribus refertum, aureo folio/ cum ei⁹ fortunæ inſignibus locauere. Id poſtea Ptolemæus cui ægyptus ceſſit, Memphi primo, mox Alexādriæ collocauit.

Ptolemæus Laij perfide hieroſolymitanos ſibi tributarios fecit. Philadelphus fili⁹ ei⁹ iuſſit hebraicā hitoriā Alexādriæ in græcū verti, Et quare græci hebræorum hitoriā non ſcripſerint. Caput VII.

Nic Ptolomæus cui præter Aegyptū pars aphricæ & Cyprus parebat, & nō parua Syriæ pars, vſq; in Phoenicē, vt forti⁹ ſuas opes ad bellū, qd̃ cū Demetrio geſtur⁹ eſſet/cōfirmaret, ſacrorū p̃textu hieroſolymā ſabbatoꝝ die ingreſſus,

IVDAEORVM EX CAPTIVITATE BABILO. LXXVIII

qua luce iudæi gentili instituto, tractare arma prohibetur, sine vlllo maiore certamine urbem iudææ clarissimā obtinuit/eiq; crudeliter (vt Iosephus ait) dominatus est. Successit huic in Aegypto Ptolemæus filius eius cognomēto Philadelphus, quo rege Sostratus Gnidius turrin in ingressu alexadrini portus ad dexterā cōstruxit, vbi phares insula Homericæ carmine celebris. In Syria Antiochus Seleuci filius, pōtifex in iudæa Symon Oniæ fili⁹, & mox Eleazar⁹ eius frater, q̄ pontifice ptolemæus philadelphus centū viginti milia iudæorū libertate donauit, qui a patre ptolemæi, obtēta hierosolyma, captiui inde abducti in aegypto seruitutē seruiebāt. Extāt huius litteræ ad Eleazarum pontificē, vt ad sacrā hebræorum historiā in grēcū sermonē vertendā, sibi ex senioribus iudæorū, & qui sacræ essent litterarū peritiores ad se mitteret. Sed ex vna quacūq; tribu petitos videntur litteræ ad Eleazarū datæ significare. Cæterū Eusebius septuaginta missos p̄didit, Cui magis scriptorum vsus q̄ veritas astipulatur. Lex duorum & septuaginta dierum spacio in grēcū verba est, Phalerij demetrii procuratione, qui tum regiæ præerat biblyotecæ. Is roganti regi quid esset q̄ græcorum nemo diuinæ legis meminisset, religionem dixit obstitisse. Deterritos Theopompi & Theoctetæ clade cæteros scriptores diuinum archanum nihil attingere ausos, quoniam horū vterq; pauca suis scriptis, ad eam legem attinentia/ immiscere ausus, hic luminibus aliq̄ diu captus, ille mente alienatus suæ impietatis suppliciū expendisset. Qui ab Eleazaro in Aegyptū missi fuerant, post conuersionem legis, in palestīnam/ magnis muneribus a rege donati abierunt. Magna ad hæc donaria Philadelphus hierosolymis in templo dedicauit. Eleazarī epistola triginta aureas pateras fuisse significat, & argēteas totidē crateras quinq; centum talenta. Iosephus mensam ex solido auro eximij ponderis adijcit. Eusebius auctor est, quarto philadelphī anno hæc fieri cōtigisse. Eutropius in trigésimum fere annum reijcit, cui ne accedā Eusebij facit auctoritas. Is si vera colligit, iam tum Eleazarus fato decesserat.

Iosippus Oniæ ex sorore nepos a Ptolemæo iudææ præficitur. Cuius filius Nicanor turrin Tyrum nomine ædificat, tandem in potestatem Antiochi redactus sibi manum intulit

Caput VIII,

Ptolemæo deinde Evergete in Aegypto regnante, erat in iudæa pontifex Onias, Simonis fratri Eleazarī filius, qui cum tributum cunctantius exoluisset, facile regis iram incurrerat, imminēbatq; illi a Ptolemæo discrimen maximum, nisi Iosippus pontificis ex sorore nepos, mira indole adolescens, Athemone, qui vectigal exacturus/ in iudæam venerat, hospicio sibi multaq; comitate conciliato/ in Alexādrīam se ad Ptolemæum iterum dixisset, ac coram rege satisfacturum, quo non multo post Athemonis discessum profectus, illi ex Memphī cum Athemone & Cleopatra coniuge, eodem curru redeuntī, Iosippus obiter occurrit. Cæterum Athemon tempestiuo eius liberalitatis testimonio, adeo venientem iuuat, vt in regium sit currum familiariter/ multaq; comitate acceptus. Venerant forte per id tempus Alexandriam, Phoenicis, iudææ, & Samariæ publicani, vectigal earum gentium licitaturi, qui quum octo milia talentorum desponderent, duplicē summā se regi daturū Iosipp⁹ pollicitus est, ibi ptolemæus latus, fiscū vna licitatione tam grādi summa augeri, vt vades Iosippus daret postulauit, famīam illi vectigal addicturus. Ille tu inquit

rex mihi & regina optimi vades eritis, quo adagio Ptolemaeus plectus, ne sponsori-
bus quidē datis negotio praefecit. Diu itaq; rei praefuit, multaq; celebritate nominis,
circa finitimos vixit, fuerūtq; eius filij cōplures, sed Nicanor, quē ex fratris filia tulerat
omniū prudentia / & animi elatione clarissimus. Is a patre ad regē missus, accepta
ab ipsius dispensatore praegrandi pecunia, vno tempore centū venales pueros/puel-
lasq; pari numero, sub mangonibus egregie litteris, alijsq; disciplinis institutos mer-
catus est, mares regi, puellas Cleopatrae dono obtulit, qua ille munificētia patri est &
fratribus per litteras a rege cōmendatus. Caterū in iudeam reuersus, in apertū incidit
discrimē. Fratres siue quia multū paternae pecuniae vana ostentatione Alexandriae pro-
fudisset, siue potius veriti ne regia cōmendatione sibi a patre praeretur, venientem
insidijs excipiūt, quibus nō sine parricidio declinatis, Hierosolymis pfugus trans Ior-
danem abiit, ibiq; turri ex albo lapide sibi aedificata, quā Tyrum appellauit, manuq;
hominū sibi cōparata, acerbe tributū a barbaris exigebat. Post Ptolomaei interitū in
Antiochi potestātē redactus, grauius suppliciiū veritus sibi manū intulit.

Anthiochus epiphanes Iudeā inuadit / Menelaus & cum eo pleriq;
iudaei legem Moſis abnegant Anthiochus Memphi occupata a Ro,
Aegyptum excedere iussus / iudaeos varijs cladibus affecit / Matha-
thias res israeliticas armis vindicās iubet sabbato pugnare. Iudas ma-
chabaeus dux creatur

Caput IX.

Edio Macedonici belli ardore a Ptolemaeo & Cleopatra venere legati, vt Li-
ui⁹ scribit, auxiliū Po. Ro. implorātes, aduersus Anthiochū epiphane, a quo
gravi bello premebatur. Fuerat is magni Anthiochi filius, successeratq; Se-
leuco fratri, qui patre defuncto. xij. annos in Syria regnarat. Nec Liuius a quo Ptole-
maeo missi sint legati, satis explicat, sed ab eo videri possunt, qui & ipse Epiphanes co-
gnominatus est, cui Cleopatra (vt Trogus ait) magni antiochi filia nupsit. Caterum
Iosephus haud dubie demonstrat ab antiocho bellum Philomatori & Ptolemaeo &
Fisconi illatum, qui ab epiphane patre pueri relictī fuerāt, quo apparet Cleopatrae ma-
tris & Ptolomaei filij legatos fuisse, qui auxilia imploratū per id tēpus Romā venere
Pupillarē igitur amboꝝ aetatem Anthiochus nactus, ratus fore vt eos sine vllō maiore
certamine paterno regno spoliaret, res primo in iudaea est turbare adortus, Onia sum-
mo iudaeoꝝ sacerdote defuncto, Iesum eius fratrem qui Iason dīci maluit in defuncti lo-
cum instituit. His breui postea in domesticā seditionē incidit. Menelaus eius frater
inuidia motus, cum Tobiae filijs, qui Iasonē inſense oderant, secessione ad Anthiochū
facta, patrias se leges abnegare testati sunt, iam inde Graecoꝝ ritu & lege omnia factur-
ri, locoq; a rege ad aedificādum impetrato, sibi gymnasium cōstruxerunt, in quo cum
postea exercerētur, ne quid a graecis viderētur differre, verēda summo studio texere.
Nec Anthiochus multo post aegyptū bellō petijt, Scopāq; praelio superat. Hic est Sco-
pas ille qui primi Macedonici belli tēpore ex Aetolia aliquot hominū milia, stipen-
dio cōducta in aegyptum deportat. Et iam antiochus Memphi occupata, Alexandria
obsidere coeperat. Euo Philomator Memphitica sede pulsus, ad Fisconē fratrem confu-
gerat. Legatus interim a senatu ad Anthiochum venit. P. Popilius, vt eum aegypto ex-
cedere iuberet, abstinereq; rebus Ptolomaei regis qui amicus esset & socius populū

DE IVDA MACHABEO DVCE HEBREORVM - LXXIX

Romani, excepit Populū venientem Antiochus osculo/multaq; comitate, quippe quem Romae obfes præcipue coluerat. Tum legatus, missam fac inquit Antioche priuatam amicitia, & ad ea quæ Po. Ro. mandat animū aduerte, exposita inde legatione nō minus ille Populij fæueritate motus/q; Romani nominis maiestate/bello abstinuit. Inde p̄ Iudæam ducēs per homines suæ factionis Hierosolymas occupat, ferrūq; in eos immisit qui auctores fuerant/ne in urbem acciperetur, estq; in cæteros sæuitū. Postremo ad prædā conuersus, omnia sacra & pphana/sacrilega & violenta rapina fœda uit. Aram auream quæ in templo fuit, mensam/lucernas/omnēq; sacrum vasorū apparatus e templo sustulit. Sacra patrio ritu fieri vetuit, arcēq; urbi impositā præsidio firmat. Demū inde profecturus, ad decē milia hominū omnis ætatis & sexus secū in captiuitatem abduxit. Nec meliore condicione esse qui in vrbe relictī sunt, multa indigna & nefaria passi ab his qui ad Hierosolymorum præsidium relictī fuerant. In minore erant luctu & mœrore constituti, quo longius ab ea malorum facie aberant, proculq; ab omni sensu eorum quæ Hierosolymis in contemptum religionis/contraq; leges & patriū morem fiebant. Suilla hostia mactabatur in templo, malorū daemonū simulachra cogebantur Iudæi Græcorum ritu venerari. Capitalis noxæ fuit si quis filiū circumcideret. Si quis Mosis volumen/aut pphetarum haberet. Verberibus cæsi, alij super alios obruncari. Pueri laqueo enecti e parentū ceruicibus suspendebant. In templo dei optimi maximi Olīpij/ Iouis erat statua cōstituta. Samaritæ & ipsi in Antiochi gratiam templū quod ad Gaçarim erexerant Ioui cōsecrarunt. Erātq; in hoc statueres i Iudæa, quū Matathias vir acer, cui qnq; nūero erāt filij/ florētī ætate, & i his Iudas cui cognomē fuit Machabeo, p̄ moleste ferēs diuino sacrorū ritu abolito, passim a suis popularibus Græcanico more sacrificari, & p̄ vera pietate daemonibus seruiū, natōrum fiducia fretus, se primū pietatis assertorem exhibuit. Habitabat is in Modīne vico, ubi vnū ex suis popularibus extrario cuidam deo aram erigentem intuius, ex improviso adortus/medio opere obruncat, mox & Appolloniū Antiochi præfectū ferro opprimit, qui ad impiū cultū populum cogebat. Alta deinde voce Iudæos pietatis patrijque ritus admonens, cum liberis & nō parua paganorū manu in deserta montium cōcessit. Iudices & qui Hierosolymitanā arcē præsidio obtinebāt, p̄missa impunitate Matathiā & qui cū eo erant e montibus deducere sunt conati. Cæterum/quū neq; hortatione neq; minis flecti potuissent, sabbatorū die quo Iudæi gentili instituto pugnare phibebantur, hostes montibus insinuati, nullis repugnātibus/supra mille in spelūcis ferro & igni crudeliter necaruut. Matathias & multi cū eo/media cōsternatione de lapsi/ardua montiū tenuere. Nec ea clades Iudæorū studium in Matathiā inhibuit. Sed plariq; mortales antiquæ pietatis respectu/ad eū assidue cōfluebāt, eoq; sibi iudice creato, crebris excursiōibus oīa fœdabāt, deorū aras disijcere/ obrūcareq; eiusmodi sacris operantes, lata tū primū lege/vt & sabbatis p̄ vita aduersus hostes dimicare liceret, puerosq; quoscūq; nati essent, nōdū recutitos/patrio ritu circūcidere. Annoq; p̄ hac vix dū acto, Matathias vita decedēs, ita statuit/vt Simō q̄ secūdo erat loco natus, quia prudētia cæteros anteiret, velut pater a fratribus coleret. Machabæ⁹ adhuc iunior, q̄ feroci & inuicto esset aīo, patriā religionē ab iniuria vindicaret. Huius itaq; ductu, breui hostes Modinēsi sūt agro eiecti, atq; vna interfecti omnes legū desertores.

Apollonius Samariae pfectus suorum clade irritatus, cum tumultuario exercitu ad Machabei conatus opprimendos occurrit, cui venienti Iudas ferociter obuiam iuit, hostemque praelio victum propria manu obruit, iacentique optima spolia detrahit. Multi ex Antiocheno exercitu circa ducem occubuerunt, sed plures omnino sese fuga inde proripiunt.

Iudas Beronem Syriae pfectum praelio superat, & oratione suos ad fortitudinem hortatus, in castris Lysie ferro & flamma grassatur. Idem reparato templo pristinum sacrorum ritum introduxit.

Caput X

E Agnus inde concursus ad Iudam factus, secundum unam prosperam pugnam, cuius vires quam indies inualesceret, Seron qui inferiori Syriae praeerat, cum his copiis quas tum forte penes se habuit, magnaque euocatorum manu, ad Bethoron castra fecit (est is Iudaeae vicus) quo Iudas progressus conflixit, quam numero multo esset inferior. Caesa tamen ad octo milia Antiochenorum. Rex duobus exercitibus cum ipsis ducibus amissis, ut quod validissimum exercitum in Iudaea compareret, in Persidem proficiscitur. Lysia cum filio & his copiis quas ex finitimis gentibus contraxerat, ad bellum relicto. Nec Lysias in comparando exercitu quicquam remisit industriae. Quippe qui non multo postquam Antiochus in Persas abiit, cum quadraginta milibus peditum & septem equitum, Palaestina ingressus, ad Emaum confedit. Iudas ad primam hostium phalam, tria milia fortium viroque sibi ex omni numero delegit, quos in hostem iturus, ita affatus dicit. Praesens fortuna necessitasque viri fortissimi, & suadet & cogit, ut pericula contemnamus, omnis spes recuperandae libertatis, quam sua sponte desiderabilem, ipsum pietatis studium adhuc desiderabiliorem facit, in nostra virtute sita est, quales paulo post in praelio erimus, tale fortunam habituri sumus. Quamquam si (quod nolim) victi simus, ne vita quidem nobis speranda ab impio & irato hoste. Multi quidem & magna homines sua sponte faciunt, sed multo plura & maiora necessitate coacti. Quare eo consilio nos in pugnam ire oportet, ut non nisi victores inde abscedamus, pro lucro mortem habituri, si cadendum in praelio sit, quia pro patria, pro iusticia, pro religione dimicamus, si (ut spero) vicerimus, asserta libertate, ut patriis legibus in ea pietate quam a maioribus pro manus accepimus, quam florētissime viuamus. Nec nos hostium numerus terreat, virtus non multitudo pugnam decernit, Quamquam non video quid minus timeri possit quam hostis, semel atque iterum victus. Ita sane comparatum est, ut miles ignominiae assuetus, nullius sit rei propter quam fugae memor. Parate vos igitur in crastinum, vel vna pugna decreturi in libertate, ne posthac nobis agendum sit, & in antiqua pietate manendum, an pro patria, quo nihil in morte potest homini gloriosius contingere, fortiter moriendum. His Iudas suos hortatus, haud ignarus quantum momenti in celeritate esset, noctu ad hostium castra occultis itineribus ducit. Ita sane accidit, ut eodem tempore Gorgias vir impiger cum cohorte una & mille equitibus speculatum missis, ad Machabei castra, & Iudas cum suis diuersis itineribus ad hostem peruenerit. Caterum Gorgias ubi omnia deserta vidit, ratus hostes metu in deuos montes abiisse, aliquandiu deliberabundus stetit. Pergeret ne illos sequi, an retro ad suos rediret. Iudas interea hostium munitiones ex improviso adortus, tantum terroris ad primum clamorem hostibus iniecit, ut sine praelio aliove maiore conatu castra irruperit, ignemque tabernaculis iniecerit. Tum vero ferro & flamma late grassantibus fuga facta est, multi mortales intra extraque munitiones caesi, caedescque Gazaram usque distracta, ad tria milia hominum caesa dicuntur.

Nitatus

vel decretatur

DE IVDA MACHABEO DVCE HEBRAEO. LXXX

Superuenit Gorgias suorum cladi, qui procul ardentia intuitus castra substitit. Inde ubi res perditas vidit, ne tentato quidē praelio fugā capeffit. Tum Iudas lectis per oculū spolijs/castrisq; direptis, cum ingēti praeda/sed multo maiore gloria domum reuersus est. Ne hostis toties vict⁹ diu postea quieuit, quin exercitu multo validiore q̄ antea ad Bethsuram consedit. Hic quoq; Iudas diuina magis q̄ humana ope fretus/egregie aduersus tantas Syrorum copias dimicauit. Quinq; millia hostiū hoc praelio caesa/Lysias bello infelicitate reparato secundū eam cladem Antiochiam concessit. Post cuius discessum Iudas hostium metu liberatus, cum sociorū manu Hierosolymas ingressus primo templū inuisit, ubi omnia desolata & horroris plena intuitus/nō potuit lachrymis temperare. Parte itaq; copiarū ad regium praesidiū ex arce deiiciendum missa, ipse cum caetera multitudine ad templi purgationem conuersus/externorū deorum focos & simulacra disiecit, deoq; optimo maximo veterem aram instaurauit. Candelabra reposuit. Pristinū sacrorū ritum induxit. Atq; ita templū, triennio postq̄ fuerat, pphantum/ab hostium impietate est assertū. Quod fieri contigit Olympiadē supra centesimā quarta & quadagesima, quo tempore Perseus est ab aemilio victus, & Enni⁹ poeta septuagenari⁹ (vt Eusebi⁹ scribit) articulari morbo periit, & in Scipionis monumēto via Appia sepultus, vt idem auctor prodidit. Fuerunt qui Rhodiam eius ossa ex Ianiculo translata prodere nō dubitarint.

Danielis vaticinatio, Iudas trans Iordanē/Simon frater eius in Galilaea pspere dimicant, Iosippus Iudae tutor relictus a Gorgia superat, Antiochi interitus, Eupator filius Epiphanis templum diruit, & ipse a Demetrio patruo interficitur.

Caput

XI

Daniel ppheta annis quadringētis & ampli⁹ q̄ hac Hierosolymis acciderint nihil obscura diuinatione fore pdixit, vt templū deo constitutū a Macedonib⁹ violaretur. Octo diebus sedulo sacrificatū, id sacrum lumina dixerunt, quia reparatae religionis lumē ex insperato affulisset. Urbē muro & turribus summa ope Iudas cōmuniuit, multaq; interim praelia cū finitimis pspere gessit. Qui inuidia & odio accensi/vltro armis iudaeos incessabant, & in his Ammonitae quorū Aqotum urbē vi captam diripuit Iudas, & incēdit. Factus deinceps certior q̄ Ammonitae omnes in armis essent, bellumq; ab ea gente summa ope Thimothei ductu reparatum, & sup hęc nunciabatur/ex Galilaea/Sydone/Tyro & Ptolemaide multos ad arma conciri, belli curas cum fratribus partitus. Simonē cum tribus millibus peditum in Galilaeā mittit. Ipse cum altero fratre Ionatha in Ammonitas iturus/octo millia militū ad id bellum sibi delegit, caeterae multitudini Iosippū praefecit Zachariae filium, cui mādatum est/vt tantū a Iudae finibus iniuriam arceret praelio/alioqui & ab hoste laceffendo abstinere, Simon prospere in Galilaea dimicauit/tribus hostium millibus acie interfectis, caeteros porro fugatos Ptolemaidē vsq; est persecutus. Iudas trium dierum itinere trans Iordanē progressus, primo Bethsuram ex hostibus coepit, inde pari celebritate Thimotheum/tripertito adortus/ad primū clamorē fudit/fugauitq; octo millibus ex eius exercitu occisione occisis. Ea victoria potitus complures Galaatidis vrbes in deditio nem recepit, alias vi captas euertit. Nec longo interiecto tēpore Thimotheus cum aliquāto maiore exercitu in aperto castra fecit. Caeterae pari euētu ad Rophon urbē pra-

O ij

lio victus est/ac castris exutus. Rophus simul expugnata, quo multi ex fuga se receperant, magnaq; hostium cædes hic edita. Iudas post rem in Ammonitas præclare gestam, copias Hierosolymam reducturus, Iudæos qui in Galaatide erant, ne prædæ essent finitimis, cum liberis & vxoribus/omnīq; supellectili/ in Iudæam traduxit, Ephrone vrbe in reditu, quia sibi portas clausisset, expugnata per Bethsamum (eam enim Græci Scythopolim vocant) cum ingenti gestarum rerum gloria, Hierosolymas est reuersus. Sed dum in Galaatide Iudas bellaret, & Simon frater eius in Galilæa, Iosippus Zachariæ filius ad Iudææ præsidium relictus, & si ab initio iussus fuerat, nihil extra prouinciā mouere, gloriæ tamen cupidus, non parua manu ad Iamniā, cum Iorgia regis præfecto confligit. Amissisq; duobus milibus hominum, trepide impacatum refugit. Post Iudæ reditum, aliquot ex Idumæis vrbes vi captæ sunt/ direptæq; & incensæ. Per id tempus Antiochum quem in Persidem profectū diximus, quum aliquandiu ad Helimaïdem urbem consedisset, expugnandæ studio vt Dianæ templum quod ibi fuit, multarumq; gentium donarijs opulentum diriperet. Demum ignominiose inde repulsus, quum Babylonem veniret, accepto nuncio, de his quæ in Galilæa facta erant, nimia animi agritudine in morbum incidit, paucisq; diebus vita decessit. Priusq; expiraret, identidem inter suos testatus/ se imatura morte extingui, qd Hierosolymitanum templum impie prophanasset. Hoc multo verius est/ qd quod Polybius prodidit, id illi accidisse/ quia Dianæ templum violasset, quum si verus est Iosephus, ne violaret quidem, non quia noluerit, sed quia non potuerit. Atq; Antiochus Epiphanes in hunc modum perijt, filio Antiocho sub Philippi vnus purpuratorum tutela relicto. Eupator est puer cognominatus. Iudas audito Epiphanis interitu, Hierosolymitanam arcem maiore qd vnquā antea oppugnatione adortus, aggere & bellicis machinis circa muros erectis, summa ope hostes fatigabat. Arx templo imminēbat, eratq; ob eam rem sacrificantibus assidue infesta, quæ iniuria maiorem Iudæis necessitatem imponebat, illius totis viribus oppugnanda, Regij milites & Iudæi transfugæ, qui locum præsidio obtinebant, ad Eupatorem mittunt, qui eum docerent/ quanto discrimine tenerentur, nisi mature laborantibus suppetias veniret. Ille supra atatem/ suorum periculo commotus, exercitum in Iudæos ingentem contrahit, Centum millia peditum/ & viginti equitum ad bellum instructa scribit Iosephus. Et cum his Indicæ beluæ quinq; & viginti numero. His copijs Rex Antiochia profectus, per Idumæam Iudææ fines ingreditur, ad Bethsurā primo castra fecit, quem locū in hunc vsum aliquot ante annos Iudas communierat. Bethsurei forti animo regē excipiunt, exceptū valide se tuendo fatigāt. Nec Iudas desedit in tā terribili hostiū apparatu, omīssa arcis obsidione/ cū suis copijs veniēti regi occursurus. Beduscaritanas angustias decē milia passuū ab hoste occupat. Apud qd dā decē stadia reperio. Antiochus bethsura relicta, ad fauces qd Iudas infederat/ ducit exercitū. Iudæi/ lo corę natura freti, sub primū cōgressū aliq̃t ex regijs feroci⁹ inuectos obrūcant, estq; aduersus beluas dimicatū, q̃rū vna ab Eleazaro Iudæ fratre, quē Mauronē vocabant, confossa in vulnus corruēs, sua mole pcussorē oppssit. Iudas vbi mōtes & omīa teneri ab hoste vidit, se & suos pugna subtrahēs sine aliqua maiore clade

DE IUDA MACHABEO DVCE HEBRAEORVM LXXXI

retro ad tuendam urbem abiit. Bethsurei omni spe destituti, cum rege salutem pacti/ urbem illi tradiderunt. Eam Antiochus oppidanis sine vestibibus iectis, suo praesidio fir/ mauit. Ad Hierosolymam inde copiae admotae, tenuitque plures dies obsidio. Interim Antiochus factus certior, Philippum qui a patre datus erat ei tutor, regni administra/ tionem sibi vindicare, moliri que res novas coepisse, Lysiae impulsu, quo militiae magi/ stro & consiliario utebatur, ad eum opprimendum animu adiecit. Ne quis igitur mo/ tus in castris oriretur, simulato obsidionis tadio, pactus est cum Iuda, ut hi qui in tem/ plo essent/ab armis discederent, viuerentque suis legibus. Caterum templum deditum contra foedus ac iusiurandum a summo ad imum/Antiochus dirui imperauit. Oniam sacerdotum principem in Veriam Syriae urbem ablegatum interfici iussit. Alchimo in/ eius locum instituto. Id iniquo animo ferens maioris Oniae filius, quod Menelao perne/ cessario suo sublato, summum sacerdotium esset ad Alchimum regis iussu translatus, cui talis honor haud quidem gentilis esset, ad Ptolemaeum in Aegyptum abiit, a quo benigne acceptus, impetrauit/ut Heliopolitana regione Aegypti, nouum deo tem/ plum patrio more aedificaret. Sed haec aliquanto postea secuta, Eupator in Antiochi/ am reuersus, Philippum tutorem suum in potestatem redactum/extremo supplicio af/ fecit, intercessitque haud multum temporis, quum Demetrius magni Antiochi filius ob/ ses/Rhomam a patre missus, audita Epiphanis fratris morte, ratus Syriae regnum ad se pertinere, ut quemadmodum ipse duobus fratribus cecisset, qui vnus post alium re/ gnauerant, ita pupillum sibi cedere oportere, a senatu petiit/ ut ad paternum regnum/ capebundum, in Syriam abire liceret, nuncque id illi omnino negatum est/ nuncque conces/ sum. Fuitque postea demetrius tantisper Rhomae, donec quae ad fugam necessaria vide/ bantur/cum amicis composuit. Inde ex urbe venandi specie occulte profectus, ad ma/ re delatus/in Tyrum nauigauit, vbi magno omnium fauore exceptus/diadema sibi imposuit breui, postea aulam occupat. Eupatoremque sibi traditum obtruncat, quum duos omnino regnasset annos.

Iudas post Bachadis discessum prauaricatores legis occidit. Nicanore ducem cum multa demetrianorum strage praelio vicit. Victor cum Romanis societate iniit. Et tandem in medio hostium fortissime occubuit.

Caput XII

Demetrius post Syriae regnum parricidio occupatum, Iudaeorum querelis compul/ sus, qui legem transgressi a Machabaeo Iuda infestabantur. Bachidem vnum ex purpuratis/cum magno exercitu Hierosolymam misit. Is vbi Iudaeam per col/ loqui specie capere non potuit, fautores legis quicumque in potestate redigi potuerunt/ ad vnum obtruncauit/Ioachim relicto, & cum eo valida militum manu, ex Iudaea cate/ ras copias abduxit. Iudas decessu hostis ferocior factus, multos prauaricatorum insi/ dijs exceptos interfecit, lateque per Iudaeam euagatus, immeritam suorum cladem/im/ piorum caede vlciscitur. Cuius rei phama ad Demetrium delata, Nicanorem cum nu/ merofo exercitu misit in Iudaeam, estque illi imprimis mandatum, ut Iudam & qui cum eo in patria lege tuenda perseuerarent/ ad vnum ferro extingueret. Nicanor provin/ ciam pacate ingressus, vbi Hierosolymas adequitauit, pacis studium praese ferens, regia fide suaque iureiurando interposita, componendae pacis praetextu/ Iudam ad col/ loqui traxit, quem dato militibus signo/frustra capere conat. Vbi irritum id consiliu

O iij

cessit, vt sua arma expediant edicit. Iudas & ipse celeri fuga agmē repetens, hosti infen-
sior factus praelium ferociter iniit. Pugnatū est ad vicum Eapharsama, ibiq; Macha-
beus victus in pximā arcem compellitur. Nec ita multo post cum mille dūtaxat cir-
ca Adassis vicum, qui minus quattuor millibus passuū a Bethoro procul aberat. Ite-
rum cum hoste est congressus, Nicanore cadente, ita Demetrianos afflixit, vt ex no-
uem millibus hominū nemo fere superfuerit, quū mille interim nec amplius Iudae ad-
essent dies quo Iudas tam foeliciter in Nicanorem dimicauit, solennis mansit apud iu-
daeos, quieuerūtq; inde non nihil res eius gentis ab externis armis. Ioachim interea q̄
summus erat sacerdos, quū sanctuarij murū, vetus pphetarum opus demoliri aggres-
sus esset, improuisa syderatione percussus, mutus concidit, multoq; corpis cruciatu pau-
cis diebus expirauit. Sacerdotiū Iudae ingēti omniū fauore est delatū, qui dignitatem
adeptus, Romam ad senatū legatos misit, vt cum inuictō populo societatem & amici-
tiam iungerēt, quo impetrato multo ferocior Iudas factus, nouum Demetrii exercitū
Bacchidis ductu Iudaeam ingressum fortiter excepit. Erantq; Iudae duo milia armato-
rum. His ille suaq; foelicitate fretus, ad Barçiton castra fecit. Audito deinceps hostium
accessu, ceteris metu dilapsis, cum octingentis relictus, nullis suorum precibus flecti
potuit, vt in tutum prius q̄ hostes in conspectum venirent, vellet se recipere, sapius
testatus nunq̄ futurum vt sol sua terga hostibus obuersa aspiceret. Nec longior inde
mora fuit, vbi Demetrianos adesse vidit, & aciem a Bacchide explicari animaduertit,
intrepide & ipse ex sua statioe venientibus occurrit, pugna (quod vix credi possit) ad
noctem vsq; extensa est. Ibi Iudas Bacchidem in dextro cornu pugnam cientem intui-
tus, cum lectissima suorum manu in eam partem impetū fecit. Fuga ibi cōtinuo facta
est, cedebatq; iam alterius cornu terga, quum ij qui in leuo cornu dimicabāt, contem-
pta vincentium paucitate confestim circūducta ala/Machabeum & qui circa illū pu-
gnam ciebant a suis excludunt. Hic vndiq; hostibus septus, quum nulla in tanta ho-
stium multitudine eruptio fieri posset, Iudas in orbem dimicans diu multūq; in tetra
Demetrianorum caede versatus, pluribus confossus vulneribus concidit eius corpo-
re, ceteris aut ibi cadentibus, aut ægre ex media acie reuulsis, victor hostis potitus est.
Id Simon & Ionathas fratres redemptum ad Modin villam, vbi pater situs erat, mul-
to Iudaeorum luctu & mœrore sepelierunt. Atq; is exitus fuit Iudae viri fortissimi, quū
tris esset annos sacerdotio functus.

Iudeorum pietas, Ioannes perfidia Arabum oppressus, quod Iona-
thas frater cū Bacchide prius cōgressus, postea est vltus, Pax a De-
metrio iudaeis redditur, Odio multorū regum Alexāder suborna-
tus, filium se Eupatoris fingēs / regnum Syriæ a Demetrio repetit,
Ionathas dux creatur.

Caput XIII

Seuire tum Bacchides ea victoria elatus in iudaeos diuersarum partiū, ac quāto
magis pij affligebant, tanto desertores veritatis in maiore apud hostes celebri-
tate esse & existimatione. Sed adeo antiquae pietatis studiū animis infederat
vt per exquisitissimos cruciatus mallent extinguī q̄ prauaricari. Occulte itaq; Iona-
tham hortantur, vt fratris viri fortissimi vestigia secutus, reliquam piorum multitudi-

nem tuendam susciperet. Ionathas & si rebus iam haud dubie perditis. verum ne a patre suo fratreque degenerare crederetur, ducis nomen tanto ad se consensu delatum intrepide recepit. Caterum Bacchidis metu qui ad primos moros affuit, cum duobus fratribus adhuc superstitibus, & ea manu quam studio contraxerat/circa Iordanem super Affar lacum loco munitissimo confedit. Lacus quem Affar Iosephus appellat, Asphaltides est a Graecis (ni opinione fallor) nuncupatus, in quem Iordanis ex Peneade fonte infusus/laudatas amittit aquas, & si ille non vnus sit lacus incola, sed & Genesare a quo secundo loco ebibitur. Hinc Ionathas Ioannem fratrem suum ad Nabatheos misit cum tota suppellectili, ut si ab hoste quem haud multo post affuturum arbitrabatur/castris fuisset exutus, quod reliquum fortunatum esset/in tuto haberetur. Sed ille in Nabatha Arabum perfidia oppressus, & res & comites vno tempore amisit. Certatum est interim ab Ionatha circa Iordanem cum Bacchide, ibique duobus millibus hostium caesis, quia multo erat numero inferior ad flumen compulsus, ut imminenti sese periculo subtraheret/fluuium transire est coactus. Bacchides praesenti victoria contentus/Hierosolymam copias recepit. Ibique arce per ocium praesidio & comitatu ad tempus munita/Hiericuntem/Bethorim/Bethulam/Psammatam/& alias non paucas vrbes opere & armis aduersus huiusmodi motus valide munivit. Ionathas interim cladem in Arabia acceptam ex occasione fortiter est vltus. Ducebant sibi sponsam ex Madaba vrbe Amiri filij, qui iniuriam sibi ab Arabis illatam auctores fuisse dicebantur. Vbi Ionathas exploratum id habuit, qua illi iter facturi essent/locis importune infestis, in Nabatheorum agmen nil tale suspicans impetum fecit, ceciditque ad quadringentos ex his qui cum eo in comitatu fuere, omnique nuptialem apparatus diripuit. Perseueratum inde biduo in statione est circa Iordanem, nec interim ab impiorum insectatione cessatum, Quae iniuria effecit, ut Demetrius suorum querelis fatigatus/Bacchidem cum exercitu tertio in Iudaeam miserit. Is noctu ad Ionathae stationem profectus, solertissimum haud fefellit hostem. Quippe qui explorato Bacchidis accessu in locum munitissimum concesserat. Ibi aliquandiu obsidione fatigatus, Simone fratre ad praesidium loci relicto/ipse noctu per hostium stationes occulte dilapsus, paucis diebus ex finitimis armatorum manu collecta/Bacchidis castratumultuose inuasit. Simon & ipse accepto signo ex oppido, cum praesidiariorum manu erumpens bellica opera eodem tempore incendit. Bacchidis anticipati metu perculsus, quum cerneret assidendo/nihil se praeter ignominiam lucrifacere, pacem Ionathae per legatos petenti/nihil grauate reddidit, libertasque per hunc modum Iudaeis retenta est. Gesta sunt haec Olimpiade quinquagesima sexta ac ceterima, quam non multo prius in Archadia iterisset P. Teren. Comediarum scriptor. Vixit eodem tempore Aristarchus grammaticus Analogiae perpetuo assertor/Demetrius maioribus rebus iam inde occupatus/a Iudaea infestata destitit. Ipse Syriae regno pupilli cedere occupato/quo tutior domi esset/finitimis sese regibus formidabilem effinxit, primoque Ariaracti Capadocum regi, propter fastiditas sororis nuptias bellum intendit. Oloferne eius fratre ad se recepto, qui per iniuriam fuerat ab Ariaracte pulsus, sed Olofernes medio belli apparatu Demetrio insidiatus, ut subita Anthiochenis defectione eum regno pelleret, quod ab incepto abstereret effecit. Dedit veniam perfido hospiti Demetrius. Seleuciaeque custodiri iussit, ne sublato fra-

tre Ariaractes belli metu liberaretur. Nec Anthiochenſes ab inchoata defectione deſtiterunt, itaq; adiuuantib⁹ Ptolemeo/Attalo & Ariaracte a Demetrio laceſſitus, Prompalum quendā ſortis extremæ virum ſubornant, vt Syriæ regnum velut Anthiocho genitus hæreditariū repetat, & in qua deeſſet cōtumelia Alexandrū nominant. Adeo tunc omniū odio in Demetriū exarſerant, quæ ille ſuperbia plus q̃ Tyrānica in ſe concinerat, turri quadā haud procul Antiochia incluſus, nulli ſui adeūdi faciebat poteſtatem. Alexander tot regum auxilijs fretus/ferociter bellū Demetrio infert. Ille tantam belli molem haud aſpernatus, vt Iudæam pacatiorē haberet, Hieroſolymā miſit, qui obſidibus Ionathæ reſtitutis (cuſtodiebant hi in arce quæ templo iminebat) ipſm hortarent, vt ex tota gente auxilia ad bellum cōtraheret, quo cōtigīt vt ſumma totius rei Demetrii fauore ad vnum Ionathā velut principem gentis ſit ex inſperato deuoluta. Alexander quoq; ad Ionathā ſcripſit, vt iniuriarū quas a Demetrio accepiſſet memor in partib⁹ eſſe mallet. Summū ad hæc ſacerdotiū ei tradidit, miſit & dignitatis inſigne purpuream ſtolam, & cū ea auream coronā. Sic quadriēnio poſt Iudæ interitū, cum nemo in ei⁹ locū ſurrogatus eſſet, Ionathas intermiſſam dignitatē recepit, quod vbi Demetrius audiuit/metu percuſus ad Ionathā & omnē iudeorū gentē ſcripſit, pollicitus ſe præſidiū ex Hieroſolymitana arce deducturū, permiſſurūq; iam inde Iudæos ſuis legibus viuere/ſi in officio pmanerēt. Adjicere his & templi reſtitutionem cum magna pecuniā ad vſum ſacroꝝ, cū tributi quod pendere cōſueſcēt obolitiōe, Hæc ille.

Demetrius ab Alexādro victus periit, De templis diſceptatio, Alexandri nuptiæ, Demetrius filius Demetrii contra Alexādrū pugnat, Ionathas Appolloniū vincit, Ptholemeus & iunior Demetrius affines Alexandrū vincūt. Demetrius Antiochiā a Ptholemeo recupat. Ca. XIII

Alexander ꝑo cum magno interea exercitu per Syriam ad Demetriū ꝑfectus vno prælio debellauit. Fuitq; id ſane atrox, vicitq; Demetrius ſiniſtro cornu Dextro vero quo rex ipſe pugnabat victus, cæteriſq; fugiētibus dum multū diuq; victoriā hoſtibus extorquere conat, poſtremus acie exceſſit, hic equo alta cœni voragine immerſo tamdiu quū fugā expediret eſt in veſtigio retardatus, donec incurſu hoſtium periit, quū annos vndecim Syriæ imperaſſet. Per id tempus Onias Oniæ filius, qui ad Ptholemeū Philometorē tranſfugerat, Heliopoli tēplū deo optimo conſtruxit/Hieroſolymitano ꝑꝑſimile, vetuſtiſſimi tēpli ac diruti area ī hunc vſum purgata, cui per litteras Ptolemeus & Cleopatra aſſenſi/memorabile illud adiecerūt. Videndū eſt gratū ſit deo tēplū quod ædificaturus ſis, tam luxurioſo loco, ſacriſq; animalibus referto. Sed ſi Eſaiās multo antea id futurū prædixit, concedimus quod petis, modo ſi quid contra legē fiat, nihil nos in deū peccaſſe videamur. Eam templi conditionem Eſaiās ſexcentos annos antea prædixerat. Eſtq; Alexādræ eadem tempeſtate diſceptatū de iure & ſanctitate templorū corā Ptolemeo, vtrū Samaritæ an Hieroſolymitani verius tēplū auſpicaciuſq; deo conditū tenerēt. Conſtitit tamē q̃ Hieroſolymis eſſet legitime ædificatū, & ob eam rem ab Aſiæ regibus multis donarijs excultū. Contra quod in Gaſari monte Alexādræ tēporibus fuiſſet conditū/obſcurū & innotatū, iam inde ab ipſa ædificatione manſiſſet ſine vlla regū dignatione. Sabeo itaq; & Theodoſio, qui diuerſum illud tuebant/Ptolemei iuſſu interfectis, Hieroſolymi

DE IONATHA DVCE HEBRAEORVM LXXXIII

tanum sanctius veriusq; iudicatū. Laudatusq; est Andronicus, qui augustissimi tēpli gratia in capitalē disceptationē descendere nō dubitasset. Alexander Demetrio subla to Ptolemēi filiam sibi vxorē poposcit, nuptiaq; regio apparatu sunt Ptolemaide ce lebrata, vbi magno mortaliū conuētū Ionathas purpurea est veste ab Alexādro dona tus & amicorū princeps appellatus. Alexander deinde post Demetrii interitū regias opes ex insperato adeptus, adeo se oib⁹ voluptatibus immergit, vt in ganeo & lustris iacentē foeda libido vinctū teneret. Administrare interim p eo regno Hammoni⁹ qui dam qui per regum necessitudines ferro grassatus, Laodicem, quē fuerat Demetrii, cū filio Antigono & ex regijs amicis q̄ plurimos interfecit, Hæc Liuius. Caterum quod ad Demetrii stirpem attinet, Trogus initio eius belli quo Demetri⁹ est regno & vita spoliatus, duos ipsius filios adhuc paruos cum magno auri pondere Gnidio hospi ti ab eo commendatos, vt si quid aduersi eo sibi bello accidisset, filij vbi per ætatem ad oleuissēt, se & regnum iuxta vindicarent, quod quasi futurum diuinasset, ita nūc ali ter accidit. Maior horum Demetrius pubertatis annos ingressus, audita Alexandri lu xuria, cum non parua auxiliariorum manu quā Laschenes Cretensis ei detulit, Cili ciam ex improviso occupat. Alexander longa ebrietate experrectus, Appollonio in humiliori Syria relicto Antiochiam proficiscitur, vt primis hostium motibus, & in ipsis Ciliciæ finibus occurreret. Appollonius in Phoenicia relictus, cum magno exer citu Iudæam ingreditur, Ionatham insimulans q̄ in summo motu Syriaci regni vnus omniū ocium teneret. Vi igitur expressurus quod sponte non dabatur, Iudeos cū ipso duce in equū descenderent/euocabat. Quibus verbis Ionathas irritatus, cum decē mil libus peditum, Ioppe maritima vrbe occupata, in Aḡoti campos ferociter est hostem secutus, quo per speciem fugæ eum Appollonius traxerat, ratus fore vt iudæos cam pestri loco adeptus/facile equitatu (quo plurimū pollebat) debellaret. Nec Ionatham præterijt hostium consilium. Bipertito itaq; Iordanem transgressus, qua inter Aḡotū & Ioppen amnis in Syriacum mare labitur, cum Appollonio conflixit. Iussiq; sunt iu dæi qui in prima acie dimicabant, facta testudine sagittarum & telorum/vim ex aduer so cadentium excipere, atq; interim prælium distrahere/ quoad hostem fessum telisq; exhaustum sensissent. Id in causa fuit/vt ad noctem vsq; sit certamen protractū. Tum vero facta a iudæis impressione in aduersam Syriorum aciem viribus & telis exhau stam facile fundunt/porroq; fugant. Ad Aḡotum vsq; victor Ionathas fugientes est se cutus, vrbeq; primo impetu capta/maior ibi cædes q̄ in prælio edita est. Ad octo mil lia hostium cæsa dicuntur. Vrbs cum Dagonis templo incensa, Pari successu Ascalo nitas subegit, quibus nulla maiore clade ob voluntariam deditiōem affectis Hie ro solymā se victor recepit. Alexander audita suorum clade, siue quia ita euenire volue rit, siue ad iniuriā, quod ppius vero est/ea tēporē nouitate dissimulādā/Ionathæ victo riā gratulatus est, laudauitq; maxie q̄ ex sentētia sua temerarios Appollonij mot⁹ cō pssisset, q̄ suo iussu res sociorū sollicitare esset ausus. Attulerūt Ionathæ q̄ ad hoc ipm missi fuerant torquem aureum dono ab Alexādro, detulerūtq; illi regis noīe Accaro nis vrbis totiusq; regionis vrbi adiacētis admīstrationē. Nec ita multo post Ptolemē Philometor cum terrestribus & maritimis, copijs, in Syriam tran sūt/vt Genero esset

Alexander Balas
dixit

auxilio. Sed parum abfuit/quin rex Appollonijs infidijs perierit. Quod ille quum per litteras & legatos apud Generū questus esset, nec Appolloniū ad supplicium requisitum dari vidit, suspicatus quod erat, non sine Alexandri cōsilio se capitalibus infidijs petiit, vt cum eo omnia iura affinitatis & amicitiae solueret, Cleopatram filiam ademptam Demetrio iuniori Demetrii filio, iūcto cum eo aduersus Alexandrū foedere. Atq; ita Antiocheni Hamonio praefecto Alexandri interfecto ab Ptolemeo sollicitari coepti sunt, vt ab Alexandro deficerent. Nec vt id fieret, maiore vlla psuasione opus fuit. Oderant vulgo Antiocheni Alexandrum, quū ob ipsius molliciem & desidiam, tum quia Hammonij crudelitate sub eo mali habitū essent. Alexandro itaq; eiecto Ptolemeum regem salutauit, dupliciq; diademate coronant, Aegypti vno/ altero Syrię. Ille Romanorum inuidiam veritus, cum Antiochenis egit/ vt Demetrium reciperet, pollicitus fore vt nunq; eorum cuiq; apud illum fraudi esset, q; a Demetrio patre defecissent. Quibus assentiētib; Demetriū ex Cilicia cum exercitu euocat, cum quo iunctis armis, haud procul Antiochia Alexandrum praelio vicit. Accepit Ptolemęus in ea pugna aliquot vulnera, quū equo elephantī stridore consternato ad terram prouolutus/ aegre sit a suis seruatus, quo minus hostes, qui cadentem ferre circūsteterant, eodē q; ad terrā defluxerāt loco pluribus vulnerib; cōfecerint. Alexander magno p̄liovictus in Arabiam p̄fiscitur, vbi a Zabulo eius gentis principe, ad quem p̄fugerat/ interfectus est. Eius capite ad Ptolemeum regem misso. Perijtq; Alexander in hunc modū, cui Balas cognomen fuit. Alij Balę filium fuisse tradunt. Tenuit Syrię regnum ānos quadraginta. Ptolemęus & ipse haud multo post ex vulnere quod in praelio acceperat/ interiit, cuius defuncti exercitum Demetrius corrūpere conat⁹ est. Ceterum eius fraude cognita/ aegyptiacę copię relictis elephantis, ne maiorem cladem adirent/ sese in aegyptū receperūt. Fison, qui Cyrenis regnabat/ fratris loco Alexandria est postea rerum potitus,

Demetrius Ionathę sibi conciliato ingratus fuit, Idem varie iactatus/ a Parthis fraude est captus/ & Hircaniā relegatus. Ionathę ductu res Iudaeorum auctę sunt. Caput XV

Ionathas Hierosolymitanę arcis recuperandę cupidus (adhuc enī a trāssyris & regio praesidio tenebat ur) cum magna suorum popularium manu eam oppugnare aggressus, bellicis operibus hostem fatigabat, cuius obsidionis phama Demetrius cōmotus (Is ille est qui Ptolemei auxilijs regnum recuperauit) ex Antiochia cum exercitu Ptolemaidē venit, quo Ionathas accersitus, & obsequio & muneribus adeo sibi regem conciliauit, vt ex suspecto & inuiso amicus sit illi factus, aliquotq; donatus immunitatibus/ pristinā retinuit dignitatē. Demetrius vbi omnia circa se pacata vidit, praeter Creteneses & eos quorum praesidio septus/ ad repetendum regnum venerat, ceteros milites exauctorauit, vnde vix credibile est quanta illi inuidia sit orta, a veterano exercitu praesertim, quum ex illius edicto ne frumentum quidē amplius, quod sub ceteris regibus consueuerāt/ veterani acciperent. Huius militaris odij haud ignarus Diodotus Apamensis (Triphon huic cognomen fuit) ad Malchum Arabum quendam, apud quem Antiochus Alexandri filius alebatur/ occulte profectus/ primo docuit quanto Demetrius rex apud milites odio flagraret, inde vti

ipse in animo haberet puerum in paternum regnum restituere. Igitur cum eo egit ut Antiochum sibi traderet, quem apud exercitum commendaret, haud dubie facturum affirmans, ut confestim eo inspecto/arma aduersus Demetrium mouerentur. Egre/id est a Malcho impetratum, regio alumno/patria charitate metuenti, tradidit tamē Diodoto puerum/fidem viri & auctoritatem secutus, nec longiore inde mora fuit, puero in Syriam adducto/secuta est statim militum defectio, & si iam antea parum pacate Syria agebat, multis ciuitatibus regis inertiam auersantibus/ad eum domestico iam antea bello implicitum Ionathas misit, qui peterent ut ex Hierosolymitana arce praesidium deduci imperaret. Quod ille non solum se facturum respondit, sed multo etiā maiora volentibus Iudæis concessurum, mō in subita defectione militum sibi copiarum inopia laboranti/auxiliares mitterent copias. Id nihil grauate Ionathas praestitit, tria q̄ iudæorum millia ad regem misit. Quibus ille vsus Antiochenos (quorum defectione fuerat in arcem compulsus) igni ex ipsa regia in priuatas domos iniecto/facto q̄ a praesidiarijs in ciues incendio consternatos/impetu regiam ciuitatem ad officium retraxit. Sed tantum abfuit ut eo nomine sit Demetrius Ionathæ & Iudæis gratificatus, q̄ multo minacius q̄ antea tributum exigere sit adortus, exegissetq̄/ut si quando alias acerbissime, nisi Diodotus interea regē ipsum maiore negotio occupasset, quippe qui Diademato puero in mediū prolato, concitisq̄ ad arma militibus cum valido exercitu ad Demetrium expugnandum est profectus, victumq̄ praelio in Seleuciam compulit. Vnde ille postea Parthicum est bellum molitus, Hec aliq̄. Trogus Demetrium bellum Parthis intulisse auctor est, ad abolendum segnitie maculam, quae in causa fuerat, ut multae ab eo ciuitates defecerint, constanti phama instructus/orientis populos Demetrii accessum non inuitos audire, propter Arsacidae Parthorum regis crudelitatem, qui veteri Macedonum imperio assueti/indigne noui regis superbiam ferebant, Persarū/Elimeorū Bactrianorūq̄ auxilijs fultus Demetrius/pluribus praelijs Parthos superauit. Ad postremum pacis simulatione deceptus, ab hoste (ut ille ait) ex victore in victi potestatem venit, traductusq̄ velut in triumpho per ora populorum, in eo Arsacides temperauit/q̄ dolo captum nulla maiore affectit clade, in Hircaniam tantum ablegauit. Vbi benigne etiam sit cultus pro dignitate pristinae fortunae. Tum demum Diodotus Antiocho Demetrii priuigno, cui tutor ab exercitu datus erat, insidiatus puerum e medio sustulit, eoq̄ sublato aliquādiu rerum in Syria est potitus, donec ab altero Antiocho Demetrii fratre minore nato, qui ut loco non multum diuersa diximus, apud Gnidium hospitem fuerat cum fratre educatus, seq̄ ad id tempus in Asia tenuerat, regnum vi est a Theodato receptum. Atq̄ ita Trogus rem digere. Quod si sic est/Iosepho & Liuiō parum constitit, quo casu Demetrius Syria excidit. Diodotus igitur prius quam Antiochum puerum opprimeret, Ionatham statuit e medio tollere, qui regem ipsum, & si adhuc puerum/vnice tamen coleret, utpote qui multas maritimae Syriae vrbes, quae adhuc in partibus Demetrii erant/ad illius obsequiū partim vi/partim studio traxisset, qua expeditione Ionatham inter Tyrum & Galilaam hostium insidijs circumuentum, ceteris metu delapsis/cum quinquaginta fortibus viris, qui circa illum dimicabant, hostes non solum sustinuisse aiunt/

sed loco etiam submotos, totaq; planicie ad Cedassam vsq; actos/ad duo millia interfecisse. Sed fides rei huius fit apud Iosephum, qui tam foeliciter a tam paucis dimicatum prodidit, Ionathas praesenti successu elatus, vbi Hierosolymam est reuersus/Romam legatos misit, qui cum senatu de foedere renouando agerent. Iidem Lacedemonem i re iussi sunt, atq; cum Spartanis memoriā veteris cognationis, iam inde ab Ario eorū rege cū Onia suscitata/instaurare. Vtrobicq; legati foeliciter sunt madata executi.

Pharisei/Esseni/Saducei qui fuerint, Prosper iudaeorū suc-
cessus, Caput XVI

IN Iudaea tres erāt velut sapientū sectae, Pharisei/Esseni & Saducei. Fato gubernari quaedā nō tamen omnia Pharisei arbitrabant, caetera quae accidāt per se consistere. Esseni fato cuncta fieri affirmabāt. Nihil esse quod hoībus nō illius decreto eueniret. Saducei nihil fatū esse existimare, neq; inferiora aliter q̄ hominū arbitrio disponi, vt hi sibi metipsis bonorū iuxta malorūq; omniū auctores essent, q̄ si qs fatum p̄ prouidentia accipiat, haud multū Phariseium dogma ab Epicureo discrepare reperiat, vt Essenicū a Stoico/Saduceum a Leucippo & Democrito. Demetriani duces, qui ad Cedessam ab Ionatha victi fuerāt, vt aliquando ignominia ibi acceptam sibi demerent, citato agmine Iudaeam inuadere constituūt, & iam domo p̄fecti cursum in hosticū intenderāt, quum Ionathas subitis nuncijs excitus/ad Anathetidmen illis occurrit, & iam castra ad quinquaginta stadia inter se p̄p̄inqua erant, quū hostes viribus suis diffisi (nam & miles paucis ante diebus victus ad fugam potius q̄ ad pugnam spectabat) noctu vasa colligunt, incensa q; & vastata quacūq; irent regione in pacatum concessere. Ionathas ad hostium castra p̄gressus, vbi ea deserta vidit/conuerso in Nabatheos cursu, omnē gentē in deditiōē recepit. Simon eius frater & ipse magno quidem successu in parte Syriae Ioppē littoralē urbem ad deditiōē cōpulsam/valido firmavit praesidio. Et iam res iudaeorū vbiq; latea erant, Ionathasq; bellicis curis liber urbem magno studio mœnib⁹ & aedificijs excolebat. Pariq; industria Simon oppida vbi circūiecta aduersus omnes belloꝝ impetus/fratris iussu/praesidio & opere firmabat Adeoq; per hae res illorum creuerāt, vt Ionathas (quia armis nō poterat) fraude sita Diodoto oppressus. Sed quib⁹ sit ille dolis captus, iam mox memorabit.

Ionathas Diodoti fraude captus interficit, Arx Hierosolymorū diruitur, Diodotus sublato Antiocho puero regnum occupat, Sed & ipse ab exercitu Cleopatrae interempto/regnum Antiocho Sederi cessit/
Caput XVII

Diodotus (qui Antiochi pueri ad id temp⁹ tutorē egerat in Syria) nefaria illius caede statuit regnū occupare. Id vt cōmodius exequeret/Ionathā prius tollere constituit. Erat ille Antiochi pueri rebus supra modū addict⁹. Igit̄ ad Bethsuram Diodotus cū exercitu p̄gressus (Stythopolim Graeci eam urbem dixerūt) Ionatham cum quadraginta millibus hominū obuiū habuit. Erat Diodoti accessus merito suspectus, quū nulla illi petendae Iudaeae euidēs adesset causa. Vbi igitur omnē sibi viam ad vim ex aperto inferendam obseptam vidit, in fraudem conuersus/amiciū & hospitem Ionathae venisse ait, mandatq; suis ducibus vt Ionathae imperio parerent,

hortatus inde/ vt omnibus gentibus & terris circa pacatis/ ne frustra tantū exercitū fati-
garet, cū ea manu/ quā sibi legisset se Ptolomaidē sequeretur, statuisse se regimen eius
urbis/ cū circumiecta regione ipsius administratione permittere. Hanc spem Ionathas
fecutus, cetero exercitū dimisso/ mille lectis militibus septus, ad Diodotū Ptolomai-
dem venit. Hic portis repēte clausis Ionathas viuis capit, milites qui eū secuti fuerāt,
ad primū clamorē/ telis obruti/ mortem ad vnū occubuerunt. Inopinatus Ionathæ ca-
sus/ nō minorē attulit Iudæis metū, q̄ mœrorē fortissimo hostium duce sublato, finiti-
mi accolē anīo elati/ vim & arma Iudæis intentare. Simon Ionathæ frater vir impiger
suos ad patriā religionē tuendā hortatus/ tēpestiua oratione animos p̄senti clade pro-
stratos erexit. Cōfestim itaq; ad muniendā urbē cōuersi, irrequieto opere muros & p
pugnacula reficiūt. Mittūtur qui & Ioppen ex improviso occuparēt/ ne oppidani au-
dito Ionathæ casu/ Diodotū in urbē acciperēt. Ille paucis dieb⁹ quibus hæc acta sunt,
cū valido exercitū, & Ionatha vincto Iudæā ingressus/ Hierosolymas iter intēdit, cui
veniēti Simon cū exercitū intrepide occursum, noua fraude/ & si prius animaduersa
petitus est. Centū argēti talēta dare iussus, & duos Ionathæ filios obsides/ si fratrē sibi
restitutū vellet. Nec Simonē fefellit hostiū perfidia. Ceterę postulāte exercitū/ id fieri
obsidib⁹ cū pecunia ad hostē missis. Ionathā nō solū ppter ea non soluit/ sed motis ca-
stris vt Antiochiā abiret, in Galaatide interfici iussit/ anno eius principatus quartode-
cimo/ vt Eusebius scribit. Illius ossa ex Acca vrbe deportatā Simon patrio intulit se-
pulchro/ quod ipse in Mauseoli specīe parenti & fratribus ex candido lapide extruxe-
rat. Simon suorę vestigia ingressus infestos accolas bello domuit/ Gaçarā/ Ioppen, q̄
in eo motu fuerat alienata, & Lamminā vrbes vi captas/ magnis cladibus afflixit, eie-
ctōq; ex Hierosolymitana arce præsidio, nō tantū diruēdæ arcis auctor fuit/ sed rumu-
li etiā/ cui fuerat imposita solo adæquādī, quod opus triēnio ciuitatē exercuit. Montē
in planiciē redactō, factū est/ vt ipsa area tēplo subiaceret. Sed hæc aliquot post annos
gesta/ ab Ionathæ interitu. Diodotus Antiochiū. x. annos natū sustulit/ corruptis medi-
cis/ qui ad populū mentiti dicerent eū calculi dolore cōsumi, secando itaq; puero adhi-
biti/ dum curare videri volunt, in Diodoti gratiā necauerunt/ quo sublato Diodotus,
homo nequā ab exercitū pecunia corrupto rex Syriæ constituit. Igitur mutata perso-
na cōtinuo ad vitium male dissimulatū praua recurrit natura, & ne domesticis/ per q̄s
fuerat regnū adeptus, premia persolvere cogere/ suū corpus externo sepsit præsidio,
nouosq; & obscuros homines cōplexus, his sua consilia/ his bella omnia/ regiāq; nego-
cia credere. Id veteranus exercitus egre ferens/ subita defectione ad Cleopatram De-
metrii vxorē se contulit, quę tum Seleuciæ cū filiis erat, quo quum regio excidisset,
se Demetrius contulit. Verum vtra fuerit Seleucia, parū expediunt scriptores quos se-
quimur, quum duæ illustres essent Seleuciæ. Syriaca vna/ Altera Babylonica, de qua
nunc intelligi oportere arbitretur. Cleopatra exercitū subnixā Antiochum Demetrii
fratrem/ minorē natū, per Asiæ vrbes incertis erroribus vagantem/ vt Eusebius ait, vt
Trogus/ adhuc nutritori herentē ad suas nuptias & regnum capeffendū inuitat, quā
insperatam occasionem ille complexus Seleuciam venit. Huc Diodotus cum valido
exercitū occurrit. Ceterum a veterano exercitū victus, ex superiore Syria in Phœni-
ciā fugam intendit. Antiochus fugiētem secutus aliquādiu in Dora Phœnices ob-

sedit. Vnde Diodotus Apameam fugere conatus/ in hostium manus incidit, captusq; iuterficitur, tertio sui regni anno, Eusebius hunc Triphonē vocat, quem ne inter reges quidē Syriæ reposuit. Sic Syriæ regnū ad Demetrii stirpem iterū redijt. Antiochus cui Sederi cognomen fuit (Iosephus eū cognomento patris Sotherē appellauit) tertiusdecimus in Syriā regnauit.

Simon Anthiochi exercitū superauit, Septimus Iudæis annus solennis. Hircanus Hierosolymis ab Antiocho obsessus obsidionem redemit. Ptolemæus Phisto nefaria cede in suos grassatus est.

Caput.

XVIII

QVum autem Anthiochi arma in Iudæam irrupissent, Simon Machabei frater penes quem erat rerum omnium summa, & si iam grauis annis, filiorū tamē præsidio fultus, exercitum aduersus hostem/ haud cōte mptibilem instruxit. Tum arte viribus adhibita, præfectū regij exercitus in mōtium angustijs adortus, cū multa strage fugauit, eratq; ille per hæc pacem adeptus/ satiq; sibi ab omni externa virtus videbatur, quā domestica est fraude oppressus. Fuitq; Ptolemæus eius necis auctor/ cuius Simon venenum in conuiuio imprudens, hausu eius vxorem & liberos in vincula coniecit, præter vnum Hircanū/ quem Ptolemæus capere nō potuit. Is haud multo post Rege Hierosolymis excluso, a suis popularib; exceptus/ in paternas opes successit, ac breuī post parato exercitu Ptolemæum ad Dagonem in Hiericunte obsedit, ad quem deterrendum Ptolemæus matrem cū duobus fratribus murorū fastigio statuit, in ipsius hostis cōspectu eos obtruncaturus, nisi ille oppugnatione abstineret. Suorū periculo cōmotus Hircanus remissius instabat, quoties illi in muris statuebatur, trahere tamen obsidionem sæpius accidit/ vt nutu matris admonitus, quum muros subiisset, vbi in eos tormēta expediri sensit/ confestim prælio abstinuerit. Intercurrit interea annus ille quo Iudæi ab omni opere, vt septimo quoq; die vacare cōsueuerunt, quo contigit/ vt soluta obsidione Ptolemæus nihilo secius Hircani necessarios occiderit, & ne non semp alicunde terrores impenderent. Antiochus qui Simonis armis fuerat nuper ex Iudæa pulsus, Hircanum bello adortus Hierosolymis clausit/ vrbeq; minaciter circumfessa, cētum tres turres vrbis muris altiores, aduersus murorū propugnatores erexit. Sed nihil æque ac fames Iudæos fregit/ quæ hostibus diu assidentibus adeo inualuit, vt Hircanus coactus sit imbellem multitudinem ex vrbe eijcere, eam hostis non modo non accepit, sed ad muros vrbis minaciter compulit. Vagabatur miserabilis turba portis exclusa circa pomerium, tum ploratu & flebili lamentatione. Postremo appetentibus tabernaculorum diebus, Hircanus pietate cōmotus/ in vrbem semineces recepit, inde in castra ad hostem misit/ qui in paucos dies sacrorum gratia ab eo inducias peterent, quas non solum rex concessit, sed optimum etiam taurum auratis cornibus in vrbem misit, & vasa quædam odoramentis referta, cuius pietate animaduersa Hircanus per legatos pacem petijt/ quam quum æquam impetrare non potuisset, his condicionibus accepit/ vt traditis armis præsidium in ciuitatem acciperent/ vt obsides darent, tributū non redditū partem soluerent, obsides dati & cum his quingenta argenti talenta. Atq; in hunc modum obsidio soluta est.

DE SIMONE DVCE HEBRAEORVM LXXXVI

Antiochus aurea corona Hierosolymis deposita, exercitum procul inde abduxit. Hircanus Davidis sepulchrum aperuit/ vnde tria milia pecuniarum talenta promisit, primumque omnium hebraeorum ducum mercenarium cepit militem alere. Iosephus horum auctor est. Eusebius non Hircanum, sed Simonem obsessum prodidit. In eo ambobus conuenit incidisse haec, quae tum circa Hierosolymam gesta sunt, in Olympiadem alteram ac sexagesimam supra centesimam, quo tempore Attalus rex Asiae vita decessit. Ptolemus phistis qui prius Cyrenis regnauerat, fratris Ptolemei cognomento Philometoris, qui Syrio bello perijt/ regnum & uxorem Cleopatram ultro delatam adeptus, primum omnium priuigni fautores (Erat enim ex Philometore & Cleopatra filius/ qui iam puera scire coeperat) ad vnum sustulit. Inde medio nuptiarum apparatu, quo Cleopatram uxorem recipiebat/ puerum ipsum in complexu matris occidit, atque ita genitalem thorum priuigni sui ex fratre & sorore geniti/ cruore respersum. Rex crudelissimus conscendit. Peregrino inde milite usus, per ignobilis Alexandrinorum capita est debachatus. Ad postremum amicis iuxta/ & inimicis atrociter sublati, Cleopatram repudiat/ eius filiam virginem, prius tamen viciatam sibi matrimonio iungit. Fecerat interim regis crudelitas ingentem Alexandriae vastitatem, Alexandrinis magna ex parte interfectis/ alijs/ ne interficerentur, in exilium sua sponte dilapsis. Solus igitur in tanta vrbe/ quum regem se non hominum, sed vacuarumedium ^{tenet} ~~er~~eret, peregrinos ad se per edictum inuitare coeperat, quum legati ex vrbe ad sociorum res inspiciendas missi portum tenuerunt, eratque in his Africanus minor/ qui magno spectaculo fuit regi, & ijs qui cum rege erant. Sed quod ille venerabilis/ tam Ptolemus omnibus sub ipsum congressum ridiculo fuit. Erat sane vultu deformis/ statura brevis/ sagina ventris, non homini sed beluae similis, quam foeditate perlucida vestis multo insignior faciebat.

Impium Ptolemei scelus, Demetrius bis fugam frustra molitus, bello Phraata contra Antiochum potentissimum implicito/ in Syriae regnum receptus est/ & iterum eiectus. Alexander occupato regno, a Gritho iterum eiectus & interficitur.

Caput XIX

Post legatorum discessum Ptolemus nouo populo odiosior factus, cum filio quem ex sorore susceperat, & uxore matris pellice occulte in exilium abiit, contractoque mercenario exercitu, bellum vna sorori atque patriae infert/ filiumque maiorem natu ex Cyrenis ad se accersitum interficit. Ob eam rem eius statuam passim sunt ab Alexandrinis disiectae, quod Cleopatre sororis/ quam repudiauerat/ consilio accidisse ratus, filium quem ex ea quoque sustulerat/ sui exilij comitem necauit, eumque in membra diuisum, paruaque cista inclusum/ matris natali eius die inter epulas afferri iussit, quae tragici muneris species, non reginae tantum/ sed vniuersae etiam ciuitati peracerba & luctuosa visa est. Finito orbitatis luctu Cleopatra, quum fraterno bello praemeretur/ ad Demetrium generum Syriae regem sese contulit auxilium implorans. Fuerat Demetrius ad id tempus per memorabiles vitae casus iactatus, & primum omnium bello quod Parthis intulerat/ quum virtute vinceret, fraude victus est. Eum Arsacides Parthorum rex in potestatem reductum/ magno & regio animo usus, in Hircaniam relegauit. Sunt qui in Bithiniam scribant, non tantum regio illi cultu concessa, sed filia etiam in matrimonium locata, pollicitus fore/ ut eum in Syriae regnum aliquando restitueret, id enim

P ij

Diodor⁹ Tríp⁹ho, post ipsi⁹ captiuitatē parricidio/vt dixim⁹ occuparat. Caterū Arfaci
 dæ vita defuncto, Demetri⁹ priuatā vitā p⁹telus, fugā occulte meditā⁹, vnoq⁹ dūtaxat
 Calimādro comite/ducibusq⁹ precio q⁹sitis Babylonē vsq⁹ parthico habitu p⁹cellerat.
 Hinc eq⁹tes a pharnace/q⁹ Arfacide successerat, ad inseq⁹ndū missi/i Parthiā retraxe⁹nt.
 Calimāder nō tantū veniā/sed ob egregiā in amicū fidē/p⁹mio donat⁹, ipse graui⁹ casti
 gatus/in Hircaniā ad vxorē remittit⁹, multo diligētius asseruari iussus. Procedēte tpe
 quū iā & filios ex vxore suscepisset/hac fiducia vsus, cū eodē Calimādro fugā repetit.
 Caterū pari in⁹foelicitate ad regē retractus, vxori & liberis est cōdonatus Phraartes eū
 talis aureis cū pueri⁹ leuitatis exprobratione donauit, Donatūq⁹ in Hyrcaniā penalē
 terrā remisit, in q⁹ seruādo non tā cognationē secutus credit⁹/q⁹ in aīo habebat Syriā
 Antiocho adimere. Erat is Demetri⁹ frater/q⁹ Diodoto sublato regnū, vt sup⁹ ē memo
 ratū recup⁹auerat. Antiochus ratus Demetriū ob eā rē a Phraarte seruari, vt ipsius fa
 uore i se debellādo vterē, Bellū Parthis vltro intulit/in q⁹ ornādo nō minor luxuriæ
 fuit/q⁹ viriū ostētatio. Octingēta milia armatorū sub signis illi fuisse dicunt⁹, alterius
 q⁹ hoīm colluuiōis. ecc. millia & āplius. Argēti & auri adeo ingēs copia/vt vel grega
 ri⁹ milites caligas auro figerēt, p⁹culcarētq⁹ materiā/cuius amore cateri mortales ferro
 dimicant. Culinarū argētea instrumēta, velut ad festas epulas/non ad bellū exire⁹t. Fu
 it sic q⁹q⁹ fortuna bellī Antiocho prospera. Parthis triplici p⁹lio victis, intraq⁹ patrios fi
 nes cōiectis/Babyloniā occupat. Inde pleraq⁹ recipit gētes a Phraarte deficientes.
 Ille aduertendū hostem/iā Parthiē imminētē, Demetriū cū Parthico p⁹æsidio/ad
 occupandū Syriā regnum mittit. Interea Antiochus diuiso in Hiberna exercitū (ete
 nim vna terra tantā vim hominū haud facile alebat) subita Penorū defectione, qui mi
 litū iniurias ferre nō poterāt, destitutus trepidis nūcijs suos auxilio leuādos, in quos
 vno tēpore Barbari p⁹ partes impetū fecerāt occurrit. Caterū Phraartes obuius ex cō
 posito factus, iniecto p⁹lio facile superauit. Pugnauit multo fortius Antiochus rex/q⁹
 milites qui cū eo erant, a q⁹bus medio certamine destitutus, ad extremū dimicans/ho
 neste mortē occubuit, anno q⁹ regnare cepat nono. Phraartes victor cōfestim ad De
 metriū reuocandū aīm adiecit, celerrimis equitibus missis/qui illū ad se traherēt. Inte
 rim Antiocho regalib⁹ exequijs funerato, ei⁹ filiā virginē/q⁹ patrē ad bellū secuta fue
 rat vxorē duxit. Demetrius priusq⁹ equites adessent, Syriā ingressus, Phraartē ad quē
 reuocaba⁹/valere iussit. Per multos igi⁹ fortune casus plures annos iactat⁹, atq⁹ p⁹ hūc
 modū in regnū restitut⁹, late Syriā obtinebat, quū ad eū Cleopatra Aegyptijs opibus
 in naues impositis, in Syriā trāsmisit. Erat Cleopatra Demetri⁹ socr⁹, cui⁹ hortatu ille
 bellū Ptolemēo intulit. Ceterū dum alienū nit⁹ regnū occupare, p⁹priū amisit. Anti
 ocheni & Apamenij ipsi⁹ Demetri⁹ sup⁹biā p⁹rtasi, primi oīm ab eo defecerūt, secuta
 deinceps toti⁹ Syriæ defectio. Zebenna vir ægyptiaci sanguinis Protarchi negotiato
 ris fili⁹ a Ptolemēo subornat⁹, velut ab Antiocho, q⁹m Parthiā perijt i familiā adopta
 tus, p⁹ rege ē receptus. Nomē iuueni/vt maior inesset auctoritas/Alexādro est inditū.
 Nec ita multo post Demetri⁹ p⁹lio ab Alexādro victus, quū Ptolemaidē ad vxorē &
 liberos confugeret, inde exclusus, in Tyrū modico seruorū comitatu nauigauit, vt ibi
 se tēpli religiōe tuerē. Sed vix bñ huc appulerat, quū priusq⁹ Asylū teneret, ab insule
 p⁹fecto interficit⁹. Regnavit Demetrius duodecimo loco inf⁹ Syriæ reges ānis trib⁹. Inde

postliminio reuersus, post Antiochi fratris interitū regum quartusdecimus Syriam annos quattuor tenuit. Seleucus inde alter ex Demetrii filijs/ quia iniussu matris diadema assumere esset ausus, illius opere interficitur/ altero filio cui ob nati magnitudinē Grypho cognomento fuit rege constituto. Alexander interim Syriæ regno tumens/ Ptolemē Phistonem, per quem ad regium fastigium fuerat euectus/ ludibrio habebat, qua ille ingratitude commotus, reconciliata sororis gratia/ ad evertendum Alexandri regnum, cuius acquirendi in Demetrii inuidiam auctor fuerat/ & mentem & animum adiecit. Gryphum ægyptijs extructum auxilijs in Syriam mittit, ad cuius accessum Alexander subita populorum defectione destitutus Antiochiam perfugit. vbi pecuniæ inops/ quum non esset vnde stipendiū solueret, ex templo Iouis auream sustulit victoriam, Cauillatus sibi a Ioue victoriam commodari. Paucis inde interiectis diebus, quum Iouis aureum simulachrū immensi ponderis conuelli iussisset, subito oppidanorum incurſu/ vrbe eiicitur. Foeda inde tempeſtate orta, a comitibus destitutus/ in latrones incidit, a quibus captus & ad Gryphum perductus, eius iussu interficitur, quum iam annos quattuor regno esset in Syriā potitus. Qua porro Gryphus sit deinceps fortuna vsus, suo loco explicabitur. Nec Iudeorū res per hæc tempora ocium tenuerunt. Hircanus / qui tunc princeps erat gentis/ post Antiochi interitum, cū quo aduersus Phraartem (Iosephus Arfacem pro Phraarte scripsit) gentilibus militauit auxilijs in Syriam reuersus/ Idumeos armis subegit, & Samariā vi captā deleuit. Eam multos post annos Herodes instaurauit/ appellauitq; Sebasten, renouauit & cū Po. Ro. foedus/ eius legatis a Fannio in senatū introductis.

Antiochus Gryphus venenū in matrem/ quæ sibi illud parauerat/ conuertit. Idem cum fratre de regno pugnat. Cleopatre i liberos impietas, & talis/ quo digna erat eius exitus
Caput XX

Gryphus/ qui post Alexandri interitū patrium recuperauit regnum, externis periculis liberatus, domesticis insidijs pene periit. Cleopatra eius mater/ quæ Demetrio fratri nupserat, & quæ hūc ipsum postliminio reuersum medio ardore belli destituit, iniquo animo ferens, auctoritatē suam post filij victoriam de Alexandro infirmiolem cōtigisse, ab exercitu domum reuerso veneni poculum obtulit, quia fraude iam antea instructus, veluti cum matre pietate certaret, recusat se ante illā bibiturum, cui abnuenti quum frustra aliq̃ diu institisset, demum indice in medium adducto, destinati sceleris arguit/ vnāq; ad diluendū crimen viam superesse dictitans, si quod filio obtulisset ipsa biberet, atq; ita illa venenum quod in alium parauerat in se vertit. Octo deinceps annos Gryphus ociose regnauit, quoad eius frater Cyricœnus nomine/ ex eadē matre & Antiocho demetrii fratre, qui periit in parthis genitus/ regni emulus est illi ortus, quem Gryphus veneno perdere conatus/ ad bellum concitauit. Erantq; iam res Syriæ ob fraternam discordiam parum quiete, quum Ptolemæus Phiston vita decessit, regno vxori/ & alteri filiorum, quem ipsa legeret relicto, quæ quum in minorem natu pronior esset, maiorem tamen iussu populi legere coacta est. Erāt huic duæ filiae maior natu Seleuce/ & altera Cleopatra, quā maiori filio iam ante matrimonio locatam, benēq; conuenientem/ priusq; illi regnum daret/ repudiare coe-

git, ac Seleucen ducere. Nec ita multo post Cleopatra quæ matris iniuria passa fuerat repudiū, ambob⁹ infesta, Cyricæno in Syria nupsit. Iosephus, & Eusebius Cyricæno p Cyricæno scribūt. Et ne Cleopatra nudū nomē coniugis secū afferret, Cypriū exercitum ad res novas sollicitatū, velut dotalem ad maritum traxit, quibus copijs auctus Cyricænus, cū Grypho acie dimicauit (victusq; prælio Antiochiā vbi vxor erat Cleopatra/auffugit. Nec ita m̃to post Antiochiā a Grypho capitur. Gryphina Gryphi vxor, quæ & ipsa ex eodem erat Phistone genita, quo & Cleopatra sororē ad supplicium requisit, q; & inuita matre ex Aegypto profecta, Cyricæno velut regni emula nupsisset, eūq; aduersus se & Gryphū maritum suū hostiliter instruxisset. Illa infestum sororis aīm verita, in templū p̃fugerat/vbi Gryphine iussu interfecta est. Grypho frustra reclamāte/ne in cognatū sanguinē seuiret, a quo oīa bellī iura abstinerēt. Præcisē sunt Cleopatrarū manus a militibus, quæ deæ simulachrū complexū habebāt. Ipsa violatū numen/in tanti sceleris vltionem inuocans/concidit, breuiq; vltio secuta est. Cyricænus altero prælij cōgressu victor, Gryphine sanguine vxoris manibus parentauit. Erantq; res Syriæ in hoc motu, quum Cleopatra Ptolemēi mater Alexandrini regni ocium turbauit, quippe quæ filiū regni sociū dedignata, Seleuce eius matrimonio abducta, quum ex ea iā duos extulisset filios in exiliū egit, minore filio in regnum cōstituto, nec cōtenta illius exilio/absentem bello infectatur. Erat tum Ptolemēus in Cypro insula, vnde maternis eiectus armis, ad Cyricæno se contulit Cleopatra/interfecto sui exercit⁹ duce, qui ex Cypro filiū incolumē abire passus fuerat, adeo Alexandrū alterū filiū cui diadema imposuerat/terrui, vt & ipse spōte regno cesserit. Illa verita ne si Cyricænus Syria potiretur, in Ptolemēi filij gratiā/sibi bellū inferret, Gryphum magnis iuuit auxilijs, transmissa eidem filia Seleucæ/quā ille sibi matrimonio iungeret. Ipsa quum Alexandro filio in regnū per legatos restituto/capitales moliretur insidias, ab eo est interfecta, digna mulier tali vitæ exitu/quæ matrē thoro expulit, filias alterno fratrum matrimonio viduas fecit, natorum alterum extorrem eiecit, eiectum hostiliter fuerat p̃secuta, alteri adempto regno/exitium machinari fuit ausa. Sed nec Alexandro materna cædes inulta fuit. Alexandrini vbi primū cōstitit Cleopatrarū eius opera interfectam/in exiliū egerūt, maiore fratre qui cū Cyricæno erat in Aegyptum reuocato, laudata eius pietate/qui nec cū matre bellare voluisset/ nec regnū a fratre repetere. Sed hæc multo postea gesta sunt, ac sub id tempus quo Cyrenaicū regnum testamento Rhomanis cessit, quod aliquot post annos accidit.

Hircanus cum filijs Samariam obsedit, Tyricæno inde repulso Antiochi exercitus cum Aegyptijs auxilijs Iudæam ingressus cum p̃fecto ibi periclitatus est. Samaria funditus est excisa. Res Iudaicæ in lato statu/Mors Hircani.

Caput

XXI

CYRICæno & Grypho fratribus inter se disceptantibus, in Iudæa Hircanus totius gentis princeps, præsentī rerum oportunitate vsus, Samaritas bello petijt, q; Marissenos Iudæorum colonos/ & auxiliāres, Syrorum regum opibus freti, multis ad id tempus cladibus affecissent. Hircanus hostem fossa & vallo cingit, præfecitq; obsidioni Aristobolum & Antigonū filios. Horū opera Samaritæ ad tantā rerū

DE HIRCANO DVCE HEBRAEORVM LXXXVIII

inopiam sunt redacti, vt ne ab obscenis quidem cibis abstinere. Postremo Cyricœnus eorum precibus fatigatus, cum exercitu fessis auxilio venit, contractoque sub eius accessum, circa urbem prælio victus fugatusque Cyricœnus/Scytopolim fuga euasit. Samaritæ iterum intra moenia compulsi, arctius quàm antea obsideri coepti sunt. Syrorumque rebus diffusi, ab Antiocho eius hoste auxilium implorant. Is etsi de summa totius regni sollicitus erat, ne suam fidem implorantes destituisse videretur, cum Ptolemaeo Lathiro egit, vt sibi auxilia mitteret, ad Samaritas obsidione eximendos. Lathiri cognomento Ptolemæus ille tulit, qui a Cleopatra matre regno pulsus, post eius interitum ab Alexandrinis fratre prius pulso, quia matrem interfecisset, in regnum restitutus est. Is itaque priusquàm materna iniuria exulasset (enimvero priusquàm extorris ille ad Cyricœnum venisset, hæc in iudæa & Samaria gesta sunt) sex milia auxiliorum ex ægypto illi affuere, quibus auctus / Antiochus iudææ fines inuasit, tumultuoseque agros incurfare est adortus, ratus fore vt hircanus suorum clade commotus, filios ex Samaria reuocaret. Sed longe aliter euenit quàm hostis credidit, nam nec illi reuocati sunt, nec impune Antiochus est per hosticum diutius euagatus, prædatoribus quàm locorum inscitia, tum hostium insidijs ubique infestis. Ille quum nihil præter ignominiam præsens lucraretur, Calimandro & Epicrate cum exercitu ad iudæam vexandam relictis, in Syriam reuersus est. Calimander paucis diebus hostium arce captus cum suis perijt. Et Epicrates pecunia corruptus, Scithopolim cum circumiectis oppidis Hircano tradidit. Et Samaria nondum anno adhuc ex quo oppugnari coeperat, circumacta capta est, atque ita funditus excisa, vt certiora hostilium castrorum ad posteror quàm orbis extarent vestigia. Erat Hircanus sacerdos summus, qui quum forte eo die quo filij cum Cyricœno acie dimicarunt, solus thura in templo adoleret, vox ex proximo illi reddita est. Filij tui hostem vincunt, ille ratus se coelesti voce monitum, ex templo egressus filiorum victoriam populo significauit, idque multo prius accidit, quàm victoriæ nuncij adesse potuissent. Creuerat his successibus Hircanus, florebantque sub eius principatu iudæorum res, quum ipse Phariseis a quibus fuerat institutus relictis, ad Saduceorum sectam transijt, Vnde illi & filij inexpressibilis inuidia est a populo orta, vt enim Saducæis potentiores & optimi quique fauebant, ita vulgus & ignara multitudo Phariseorum tota erat. Cæterum reconciliato populo/et re iudaica optimo statu collocata, fato decessit, quum vnum & triginta annis summæ rerum præfuisset, foelix tribus rebus. Principatu populi, Summo sacerdotio, Et prophetica diuinatione iudicatus. Aristobolus eius filius non Ionathæ, vt Eusebius scribit, veterem principatus fortunam, sumpto Diademate / ad regiam dignitatem transtulit, qui annus quadringentesimus fuit atque octogesimus primus, siue vt Eusebius ait, quartus ab eo quo iudæi ex Babylone in Palæstinam remigrarunt.

LIBER SEXTVS HISTORIAE HEBRAEORVM DE ALIENIGENIS IVDÆORVM REGIBVS.

ARISTOBOLVS IN MATREM ET FRATREM IMPIVS

Alexander Ptolomaidem obsidens triginta milia Iudæorum a Ptolemaeo percussa amisit/ & paulo deinceps decem milia.

Caput .I.
P iij